



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatvs De// Beneficiis// Amplissimvs,// Et Doctissimvs**

**Garcia, Nicolaus**

**Coloniae Allobrogvm, 1618**

§. 2. De aliis dubiis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98538](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98538)

fiarum & contrarium disponentia, quæ non videntur posse defendi, nec consuetudo contraria videtur rationabilis.

<sup>396</sup> Vigefimo primo dubitatur, si an Canonici, & Beneficiarii celebrantes priuata Missam in eadem Ecclesia tempore officiorum, seu horarum, habeantur pro presentibus in choro?

<sup>397</sup> Et dicendum est, quod non, ut per Fed. cons. 115. alias 118. Abb. in cum olim. de re iudicat. n. 3. & 6. & Gigan. cons. 144. n. 26. alias responsi. 35. in materia pensionis, qui docent, quod habens in Ecclesia Canoniatum, & Capellaniam, ea hora, qua celebrat, ut Capellanus habere non debet distributiones quotidianas Canoniciatus.

<sup>398</sup> Et ita censuit S. Cong. Concilij his verbis. An Canonici, vel alij officiales chori habentes in Cathedralibus, vel Collegiatis Capellanias in titulis, vel vi Mercenarij, eo tempore, quo in dictis Capellanis celebrant, distributiones recipere debent, licet absint in choro? & quid, si deuotionis causa, vel si à Superiore Ecclesie inuogantur eis, ut eo tempore celebrent? Sanctissimus Dominus noster, etiam ex sententia Congregationis declarationis, non posse, nisi quando sic insi essent à suo Superiore, quem tamen admoneri voluit, ut ab huiusmodi insi abstinere. Secunda Canonici, qui sunt in Ecclesia, sed extra chorum, licet etiam celebrent causa deuotionis in eadem Ecclesia, non consentur presentes, secus, si missa Superioris, Superior tamen eis hoc mandare non debet, quod procedit etiam in illis Canonici, qui sunt in eadem Ecclesia Capellani, & Missas celebrare tenentur. Tertia. Quo tempore cantatur una hora in choro, qui Missam celebrat in eadem Ecclesia ex deuotione, vel obligatione non dicitur interfuisse illi horæ, nec illius distributiones accipere potest, si vero insi fuerit à Superiore ut celebret, tunc recipere, Superior tamen cauere debet à tali insi. Quam adducit Gonzalez §. protem. n. 181.

<sup>399</sup> Consonat Concilium Mediolanen. 4. part. 2. tit. de distributionib. vbi sic dicitur. Quicumque, dum aliquis stare horæ officium in choro peragitur, Missam celebrando tunc à choro abfuerit, illius horæ distributionis tamquam absens particeps ne sit, ut à S. Sede Apostolica declaratum est; id vero, nisi præ absentia Sacerdotis, qui in Ecclesia tunc Missæ sacrificium faciant, necessitas aliquando inciderit, ut præfatus Canonici aliqui Sacerdotem à choro exire à stataque horæ officio abesse, Missæ celebranda causa inbeat, aut nisi à Sede Apostolica aliter concessum fuerit.

<sup>400</sup> Contrarium tamen de consuetudine seruatur in hac Ecclesia, & aliis, nam celebrantes, etiam causa deuotionis, habentur pro presentibus, & interessentibus in choro.

<sup>401</sup> Quæ consuetudo, cum sit ex iusta causa, cum totum sit cultus diuinus in eadem Ecclesia, & ut Beneficiarii inducantur ad celebrandum, videtur tolerabilis iuxta tradita per Decium, Couar. Duennas, & Hoiedam supra citatos, m. 343. vbi vide, & videtur approbati à Concilio Compottellano actione 2. decreto 16.

§. 2.

De alijs dubijs.

SVMARIA.

AN Capitulum possit dare Canonici, & Prebendariis licentiam absentia, & eos habere pro presentibus ultra tempus à Concilio permissum, saltem ad

breue tempus ex causa iusta, quamuis non comprehensa in iure, præsertim stante consuetudine id faciendi, numer. 402. cum seq. resoluatur, seclusa consuetudine certum esse Capitulum id non posse, non obstante statuto in contrarium, nec etiam Episcopum.

Dubium procedit stante consuetudine, qua dat iurisdictionem, n. 414. & quod si huiusmodi consuetudo est sublata per Concilium, potest dici illud quoad hoc non fuisse receptum in Hispania, numer. 415. & quod huiusmodi consuetudo non videtur sublata per Concilium n. 416.

Resoluitur non posse Capitulum talem licentiam dare, etiam stante d. consuetudine ante, & post Concilium semper obseruata, n. 417. cum seq. & adducuntur declarationes S. Congregationis.

Cum Capitulum non possit dare d. licentiam absentia non potest quis virtute eius lucrari fructus Preb. qui alias residendo, & interessendo lucrifunt, quamuis possint lucrifieri in absentia, saltem per tempus à Concilio permissum, donec priuatur, n. 425. & 426. vbi ponitur declaratio S. Congregationis.

Non possunt isti, quibus dantur per Capitulum tales licentia, percipere, aut retinere fructus eo, quod alij Prebendarij videantur eis donare, seu remittere suam partem, n. 427. cum seq.

Fructus annorum precedentium, qui hoc anno diuiduntur, debentur Canonici, qui nunc sunt, & non qui erant illis annis, n. 429.

Distributiones quotidiana non possunt dari absentibus à choro, non obstante quauis consuetudine, etiam immemoriali, n. 430. nec possunt à Capitulo, aut singulis Capit. aliquo prætextu donari, aut remitti, numer. 431. & vbi ponuntur declarationes S. Congregationis.

An Capitulum possit dare licentiam absentia ex causis alias in iure expressis, alteratis tamen, seu modificatis per statuta, seu consuetudines Ecclesie? n. 433. cum seq. resoluatur distinguendo n. 435.

Quæ sint distributiones quotidiana, quas amittunt absentes tempore à Concilio permissio, vel alias? Et quæ sint distributiones, quæ sunt potius Prebendæ, seu loco Prebendæ? numer. 439. cum sequentibus vbi resoluatur, & ponitur resolutio Rota, & declaratio S. Congregationis.

Ad quos spectent distributiones quotidiana amissa per noiter effentes, vel alias? num. 443. cum sequentibus, resoluatur, quod si ita ordinatum est, ut singulis certa portio assignata sit, portio absentis ad Ecclesiam pertinet, si vero certa portio omnibus est assignata, portiones absentium interessentibus accrescunt.

Quod dictum est ad Ecclesiam pertinere portionem absentis, quando singulis certa portio assignata est, procedit, cum ex patrimonio Ecclesie dantur redditus, & distributiones ministris; at quando dantur ex mensa Capitulari, quia bona sunt diuisa, portio absentis remanet in ipsa, numero 447. & sequentibus, vbi ponitur Decisio Rota.

Similiter dicendum est de fructibus Prebendæ amissis ob non residentiam, vel alias, quod, si ex patrimonio Ecclesie dantur assignata cuilibet certa portione, tunc fructus amissi ad ipsam Ecclesiam pertinent, si vero est mensa Capitularis distincta, in ea remanens, numer. 449.

Si essent Prebendæ realiter distincta ita, quod qualibet Prebendæ esset Domina sue dotis, tunc fructus amissi applicandi essent fabricæ Ecclesie, aut alteri pio loco, numer. 450.

P. 2.

Ex dictis difficultatem patitur quadam declarationes S. Congregat. que absolute dicunt distributiones male perceptas restituendas fabrica, aut alteri pro loco, n. 451.

Respondetur eas loqui de distributionibus male perceptis per eum, qui fuit habitus pro presentia a capitulo, vel cui ab eo fuerunt donata, seu remissa, & si sibi praedictum Capitulum, numer. 452. quod praedictum videtur intelligendum respectu distributionum, & fructuum solutorum, secus, si non sunt soluti, numero 457.

Quod declaratio Abulen. ait quoad fructus Prabenda, eum qui abfuit debere eis privari, intelligendum videtur de fructibus, quos alias ratione Prabenda ac residentia fecisset suos, numer. 453. nam quoad amissos ob non residentiam non est opus privatione, numero 454.

Alia difficultas circa d. declarationem Abulen. n. 455. cui respondetur n. 456.

In materia delicti, & prohibitorum, & qua tendunt ad damnum cap. non sufficit maior pars capituli, & contradictio unius facit, ne videatur gestum a Capitulo, dicto numero quadringentesimo quinquagesimo quinto.

In terminis Concilij Cap. 3. sess. 21. de resor. portiones tertiae partis in distributiones conuersae, quas absentes amittunt interequentibus accrescunt, numero 459. contra quod facit difficultatem cap. 3. sess. 22. ubi portio tertiae partis amissa est applicanda fabrica numer. 460.

Interpretatio, & concordia ad d. decreta Nauarri, num. 461. que non satisfacit, n. 462. non placet alia interpretatio Ioannis Gutierrez, n. 463.

Vera interpretatio, n. 464. que confirmatur ex declarationibus S. Cong. adductis n. 465.

Separatio tertiae partis fructuum pro distributionibus facienda ex d. decretis non est ita facienda ut fiat necessario dismembratio bonorum, sed sat est, si valor tertiae partis fructuum ponatur pro illis, n. 466.

Ista tertia pars accipienda est secundum verum valorem currentem, & non secundum taxatam, numero 467.

Secundum Congregationem, antequam ista detractio fiat deducenda sunt pensiones, & alia onera legitime imposita, quamdiu durauerint, sed de nouo imposita eam non comprehendunt, n. 468.

Ista declaratio videtur intelligenda, ubi erant Prabenda distincta realiter ita, quod deductio erat ex ipsis facienda ex fructibus communibus mense, numer. 469.

Non est locus detractioi dict. tertiae partis distributionum ex d. c. 3. sess. 21. quando distributiones sunt tolerabiles ita, ut verisimiliter non negligantur, numero 470. & quomodo consideretur ista verisimilitudo, quod negligantur, numero 471. ubi ponitur declaratio S. Congreg.

Quando ex dignitatibus detracta est tertia pars ex decreto c. 3. sessio. 21. non poterit detrahi alia ex c. 3. sess. 22. n. 472.

Dispositio d. c. 3. sess. 21. & detractio, de qua ibi, habet locum contra obtinentes quacumque beneficia residentiam requirunt in Cathedralibus, & collegiatis, non tamen extra eas, n. 473.

Pro distributionibus Ecclesiae Cathedralis, aut Collegiate non est detrahendum aliquod ex Beneficiis extra eam existentibus, nisi essent perpetuo unita Prabenda illius, n. 474.

Non solum tenentur ad residentiam obtinentes in Eccle-

sijs Cathedralibus, & Collegiatis Dignitates Canonicatus, aut Portiones, sed etiam Mansionarii, & Capellani, & obtinentes alia Beneficia perpetua, & habentia annexum servitium in choro, n. 475.

Decretum d. c. 3. sess. 12. non habet locum in dignitatibus, que in Cathedralibus habent sedem in choro tantum, in quibus nunquam resederunt, sed habent collegiatam, n. 476. & sequenti, ubi ponitur declaratio S. Congregationis.

An obtinentes huiusmodi Dignitates pro residentia in Collegiata sint obnoxii detractioi tertiae partis, numero 478. cum sequentibus? resoluitur, quod sic, nisi habeant territorium, & iurisdictionem quasi Episcopalem, quia tunc non tenentur ad residentiam in choro.

Obtinentes in Cathedralibus, & Collegiatis Dignitatem, licet non habeant vocem in Capitulo, nec cum ceteris participant distributiones, aut fructus, residere tenentur, & consequenter detractioi tertiae partis earum fructuum pro distributionibus subiecti sunt, numero 481.

Id non procedit in obviis Dignitatibus, que nullos redditus habent, nec Prabendam licet eam expellent, nam interim non tenentur residere, numero quadringentesimo octuagesimo secundo. ubi adducitur declaratio S. Cong.

Non procedit etiam in dignitatibus non habentibus sufficientes prabendas, seu fructus, sed tenues, nam licet obligent ad residentiam, non tamen locum habent detractioi, n. 483.

Pro congruis distributionibus assignandis aliquibus horis non sunt diuidenda distributiones aliarum horarum, sed pro illis detrahenda est aliqua pars fructuum, n. 484. ubi ponuntur declarationes S. Cong. & alia Abulen. n. quadringentesimo octuagesimo quinto de qua num. seq.

Distributiones sunt ordinandae, & compartienda per omnes horas, & non per certas horas tantum, num. 487. & 488. & 489. ubi adducuntur declarationes S. Congregat.

Pro lucranda tertia parte fructuum Dignitatum, personatum, & officiorum in distributiones conuersa non potest Episcopus statuere aliam servitij, & officij formam praeter solitam, nec noua onera imponere ex sententia S. Congregationis numero, 490. & sequentibus.

Etiam Dignitates, & Prabenda, que sunt de iure patronatus etiam laycorum subiecta sunt detractioi tertiae partis, nisi repugnet fundatio, numero 492. & 493.

An obtinentes Dignitatem, Canonicatum, vel Portionem teneantur per se, & non per substitutum obire diuina officia sibi incumbencia, ut cantare Missam, Evangelium? n. 494. cum seq. resoluitur teneri per se, & adducuntur declarationes S. Congregationis Concilij, & Rituum.

Id procedit non obstante, quod sit factum statutum in contrarium, n. 498. & licet ante concilium esset statutum vel consuetudo etiam immemoralis in contrarium, n. 499.

Qui in hoc notabiliter negligentes fuerint peccabunt mortaliter, n. 500.

An obtinentes Dignitatem simul cum Canonicatu, aut Portione in eadem Ecclesia, teneantur utriusque Beneficii onera, & officia subire, & per se ipsos? nu. 501. cum sequentibus resoluitur affirmatiue, si illa Beneficia habeantur de per se, nisi seruicia eodem tempore concurrant.

Cessante

Cassante tamen fraude, & ex iusta causa, aut semel, aut iterum possunt substituere in seruitio unus, alium eiusdem ordinis, numero quingentesimo quarto.

Idem dicendum est, quando Beneficia sunt unita a que principaliter, aut ad viam obtinentium, secus, si Portio unita sit dignitati perpetuo, & accessorie, quia tunc non tenetur seruire tanquam Portionarius, n. 506. cum seq. ponitur declaratio S. Congregationis, & decisio Rota.

Quando Canonicatus est unitus, & annexus Dignitati, etiam perpetuo, & accessorie, tenetur obtinens seruire, etiam tanquam Canonicus, n. 511.

An Canonici, & obtinentes Dignitates, vel Portiones debeant etiam canere in choro, etiam si non cantent, & obligatione restituendi, an vero satisfaciunt cum sola assistentia, & horas primarum recitando? numero 512.

Canonici ex sua institutione, & iure communi tenentur canere in choro sub peccato mortali, si in hoc essent notabiliter negligentes, n. 513.

Nihilominus ad lucrandos fructus, & distributiones sufficit sola assistentia in choro, etiam si non cantent, nec sint attentis, sed cum aliis loquantur contra aliquos, n. 514. cum seq.

Licet ex prima institutione officium Canonicorum sit horas Canonicas in choro canere, tamen de consuetudine non videntur ad id teneri, dummodo habeant Capellanos, & ministros, qui eas cantent, & licet ista consuetudo sit sublata per Concilium, potest responderi, omnia alia solutione aliquorum, quod non est quoad hoc receptum, n. 517. cum seq.

In Ecclesia Abulen. est statutum, quod Canonici adiuuent ad canendum, n. 523.

An Canonicus sua obligationi satisfaciens, quoad residentiam, & seruitium chori, possit ordinarie abesse à Capitulis? n. 524. fundatur pars affirmatiua num. 525. cum seq. resoluitur id non licere, & respondetur in contrarium adductis, n. 529. & seq.

Ista resolutio limitatur primo, ut non procedat, si ante legitimum impedimento, aut alia iusta causa ad non assistendum Capitulis, numero 537. & ratio adducitur numero 538.

Admonitio contra Episcopos, n. 539. & seq.

Secundo limitatur, d. resolutio, ut non procedat, quando quis abesset à Capitulis in dieb. suis recreationis causa concessis, n. 541. cum seq. ubi id explicatur ex sententia S. Cong.

Tertio limitatur, ut non procedat, quando abesset quis à Capitulis, quod sit tempore, quo diuina officia in choro celebrantur, & interesset illis, stante statuto, seu consuetudine id permittente, ut in Ecclesia Abulen. num. 544. quamuis in d. Ecclesia sit postea facta quedam ordinatio Capitularis in contrarium, quae non potuit fieri, n. 545. & seq.

Ista limitatio maxime procedit in Capitulis extraordinariis quae non possunt fieri tempore, quo officia celebrantur ex decreto Concilii Compostellani, numero 547.

Absolute non possunt fieri Capitula tempore, quo officia, & praesertim Missa maior, celebrantur, & consequenter non tenetur quis, nec licite potest tunc interesse Cap. n. 548. & ratio ponitur num. 549. 550. & 551. & adducitur decretum Concilii Basiliensis, & decreta multorum Conciliorum Prouincialium numero 552. ad 556.

Quod non possint fieri Capitula, dum celebrantur diuina officia, fuit declaratum per S. Congreg. Concilii, & ri-

uum, & per Clementem VIII. per suum Breue, cuius tenor ponitur, n. 557.

Non inuat dicere, quod istud Breue non sit in Hispania receptum, sed nihilominus debet seruari, & recipi, numero 558.

Ponitur alia declaratio S. Congreg. Concilii, quae nouissime fuit ita declaratum, n. 559.

Non est vitale, sed potius damnosum secundum Naturam Capitula tenere ante horas interim dum aduenit hora recitandi eas, n. 560.

Tempus commodum ad celebranda Capitula est post Vesperas, & Completorium, vel mane post finitum officium, n. 561.

Ad electiones Canonicatum per concursum, ubi solet praemitti Missa de Spiritu sancto, videtur posse tolerari fieri etiam, dum diuina celebrantur, numero 562.

Quamuis ex sententia Sacrae Congregationis non prohibeatur Capitulum, quominus suo arbitrio conuocari possit, id intelligendum est, dummodo congruo tempore congregetur, & non tempore officiorum, numero 563.

Stante d. Breui an acta in Capitulis tempore officiorum celebratis sint nulla ex decreto irritante ibi posito, resoluitur non esse nulla, n. 564.

Si in Capitulo tunc facto non adessent duae partes Capitularium, non valeret acta, si alij abessent, eo quod tempore officiorum fiebat, secus si non abessent eo eam causam, n. 565.

Non licet fieri Congregationes particulares Commissionum Capituli, nec occupari Beneficiatos in negotiis, & rebus Ecclesiae, dum diuina officia celebrantur, num. 566. & seq.

Non licet facere rationes, & computa bonorum, & reddituum mensae, vel fabricae, dum diuina fiunt, saltem mane, n. 568. & seq.

Est manifestus abusus, & corruptela, quod Beneficiatis possint à choro exire, dum Missa de 1. & 6. & 9. dicitur, modo ad finem redeant, n. 570.

Quarto non tenetur quis interesse Cap. ubi non conuocatur legitime, nempe ubi congregatur cum iis solum, qui reperiuntur in Ecclesia, non vocatis, qui sunt extra eam, numero 571. quod est contra ius commune, ex quo omnes vocandi sunt, qui sunt in loco, numero 572. & alias non valet actus sine reclamatione contemptorum, nisi saltem conueniant duae partes, num. 573.

Id etiam est contra statuta Ecclesiae Abulen. quibus statuitur, quod non possit fieri Capitulum extraordinarium, nisi omnibus vocatis, alias actum sit nullum, n. 574. ex quibus videtur, esse nullum actum in huiusmodi Capitulis, quae fiunt non vocatis omnibus, etiam si conueniant duae partes, n. 575.

Licet non valeat statutum, quod electio, siue collatio facta aliquo contempro, sit ipso iure nulla, quia est contractus, valet tamen statutum, quod contractus, & alia negotia Ecclesiae facta, non vocatis absentibus, non valeant, n. 576.

Quinto non tenentur venire ad Capitulum, quando vocantur tempore insolito, vel incongruo, n. 577.

Vigesimo secundo principaliter dubitatur, an Capitulum possit dare Canonicis, & Praebendis licentiam absentiae, & eos habere pro praesentibus ultra tempus à Concilio permissum, saltem ad breue tempus, ex causa iusta, & rationabili, quamuis non comprehensa in iure, praesertim stante consuetudine id faciendi, prout praetenditur stare in

Hispania, ante & post Concilium Tridentinum.

403 Quod fieri posse per viam gratiæ, nemine contradicente, tenent & aliqui viri, & inter eos Ma. Palatio, & D. Ioan. Gutierrez Canonici, ille Magistralis, hic Doctoralis Ciuitaten. qui scripto id responderunt.

404 Et quidem, & seclufa consuetudine, certum est Capitulum non posse dare talem licentiam, etenim vt est notum, non potest dispensare, seu facere gratiam in lege superioris, qualis est lex de residendo, vt in titulo. de Clericis non resid. & in Concilio Trid. c. 12. sess. 24. de refor. & ita censuit S. Congregat. in vna Regobien. infra adducta, ca. seq. 15. dub. num. 50. ad primum.

405 Nec valet statutum & in contrarium, cum sit contra ius, capite quod super his, de maiestate & obedientia, cum aliis, nisi fiat à Sede Apostolica in forma specifica, & ex certa scientia confirmatum iuxta dicta supra octauo dub. 8.

406 Vnde nec Episcopus & potest dare talem licentiam, nisi in casibus à iure expressis ad consilium Nau. 3. de Clericis non resid. de quo supra n. 149. & apparet

407 ex seqq. declarationibus & S. Congregationis Concilij. Nec Episcopus potest aliquem excusare à residentia in choro, nisi iuxta dispositionem c. 1. de Clericis non resid. in 6. Secunda. Virum Ordinarius possit excusare aliquem à residentia in choro Canonici, seu Capellani ex causa legitima ca. vni. de Clericis non resid. in 6. sine consensu aliorum Canonici, seu Capellani, quorum interesse videtur propter ius accrescendi? Congregatio respondit posse si est ex causa comprehensa in d. ca. vñ. quia illud Concilium non sustulit; nec requirit Capituli consensum, vt aliis decisum fuit.

408 Et sic etiam procedit alia & declaratio eiusd. S. Congregationis, quæ ait. Episcopus potest ob legitimam causam dare licentiam Canonici à sua Ecclesia seruitio. Legitima enim causa dicitur, quæ est à lege approbata, & in iure expressa.

409 Nec ex c. 2. sess. 6. de reformatione. & ibi expediens videbitur, habent Ordinarii facultatem dispensandi in residentia ex quauis causa, vt S. Congregatio declarauit super d. c. 2. his verbis, Per hoc non datur facultas Ordinariis dispensandi in residentia ex quauis ratione, ita Pistorien. quæ videtur eadem cum declaratione 2.

410 posita supra n. 179. Consonat Concilium & Mediolanen. 5. p. 3. tit. de residentia, vbi sic dicitur. Ne Episcopus propterea, quod sibi liberum integrumque est facultatem permittere, qua liceat aliquem ab Ecclesia commissa, beneficiove personalis residentia abesse ea potestate, facultateve deinceps ob cuiusvis generis causam, vtatur, sed in illa concedenda modum, & rationes adhibeat Concilio Triden. sanctione præscriptas.

411 Nec obstat declaratio & S. Congregationis Episcopo Caurien. quæ sic ait, Episcopus potest dare licentiam Canonici, vt ab eorum Canonicatibus per quatuor menses abesse possint, ex qua Zerola in praxi Episcopali 1. p. verb. priuano. §. 4. 2. dicto penitentiali 2. dub. & Zechus de rep. Eccles. tit. de beneficiis, num. 9. vers. quod si beneficia; dicunt quod Episcopus dare potest licentiam se absentandi vsque ad quatuor menses:

412 quia respondetur, & quod ista non est declaratio generalis, sed gratia, & facultas specialis facta Episcopo Caurien. ex causis particularibus, nempe maximi calor is illius Ciuitatis, vt apparet ex sequenti declaratione, ex qua illa desumpta abbreviare videtur. Reuerendissimo D. Episcopo Caurien. Reuerend. D. qui Cauriensem nomine recitatus est supplex libellus illu-

strissimis Cardinalibus Congregationis S. Concilij, eius exemplum Illustrissimi Patres à amplitudinem tuam mittendum esse censuerunt, tilq. significandum, si vera sunt quæ tibi exponunt, videt Sanctissimo D. nostro de sententia Sacra Congregationis causas, quas afferunt, satis esse iustas, quamobrem amplitudo tua se modo ad id tuus etiam accesserit consensus, cum ipsis Canonici dispensare possint, vt per eo quatuor menses illis abesse liceat, itaque, ex ipsius I. nostri authoritate, à quo mihi facultas concessa est, hic scripsi ad amplitudinem tuam, quam Deus cumulat sua gratia munere prosequatur. Rome quarto Nonæ Iulij. 1566. Reuerendissima D. tua vñ Frater amantissimus Car. Sarletus.

Quæ gratia, & facultas specialiter data Episcopo Caurien. fuit postea ampliata ad alium etiā mensem, vt in declaratione sequenti Reuerendissimo D. Episcopo Caurien. Reuerendissimo D. cum cap. Ecclesie tua causa, de qua in libello hisce adiuncto agitur, proposita esset in S. con. Cardinalium Triden. Concilij interpretum, & causæ, rationesque pro parte cap. allegatæ, ac per te etiam approbate diligenter fuissent discussæ, omnibus postea ad Sanctissimum D. nostrum relatis, Sanctitati sue placuit dari amplitudini tue facultatem, vt possit singulis annis si sibi iusta dispensandi causa videbuntur, licentiam concedere ipsis Canonici non residenti per vnum alium mensem ultra tres, quibus per Concilium Trid. & quartum vigore literarum S. mem. Pij V. eiusdem abesse licet: cum eo tamen, vt provideas ne vquam seruitio chori, qui Dignitates obtinent Canonici, & Portionarij pauciores absint eo nu. qui tibi sufficiens visus fuerit ad tuendum cultum diuinum & Ecclesie dignitatem: tua igitur amplitudo, quod sua fide, atque Religione dignum iudicauerit, agat, valebitque in Domino, Roma die 15. Octob. 1580. amplitudinis tua v. F. Phil. Bencopagnius Card. S. Sixti.

Procedit autem dubium propositum & stante d. 414 consuetudine. Et pro parte aff. facit, nam consuetudo dat iurisdictionem, c. duo. c. irreuerentiabilis. §. excessus de off. ord. & c. cum contingat, de foro compet. vbi notatur. Et si dixeris & quod omnib. est per d. decretum Concilij c. 12. derogatum consuetudinibus, quib. antea obtentum erat posse Capit. Ecclesiarum Cathedralium permittere, vt ipsis visum fuerit, aliquem Canonici à seruitio, & ministerio Ecclesie abesse, vt inquit Couar. lib. 3. var. c. 13. sub n. 9. versiculo quæ ratione in nouis editionibus, & patet ex illis verbis Concilij ibi, non liceat vigore cuiuslibet statuti, aut consuetudinis ultra tres menses abesse. Et ex dictis supra dub. 6. replicari potest istud decretum Concilij quo ad hoc non fuisse exceptum in Hispaniacum ea dem consuetudo etiam post Concilium vigere & observari videatur.

Dici etiam potest, & quod consuetudo dandi huiusmodi licentias ex iustis, & urgentibus causis ad paucos dies, & per viam gratiæ, nemine contradicente, non videtur sublata per Concilium, ibi, cum sit satis æqua, & rationabilis.

Nihilominus tamen tenendum est, & non posse Capitulum tamen licentiam dare, etiam stante d. consuetudine ante, & post Concilium semper observata (quæ tamen non videtur satis certa, & continuata) nam, vt inquit Couar. vbi proxime, qui hanc nostram sententiam tenet; hæc quidem consuetudines ad abusum pertinere videntur, nisi ex causis iustis detur licentia abundi iustis quidem à iure communi vel Ecclesiarum validis statutis expressis, aut saltem eiusdem similibus, alioquin, si libere Capitulis est permittendum abundi licentias concedere, quam libet

libet causam, etiam si ad propria cuiusque negotia pertineat, existimabunt Canonici iustam, cum de eorum propria re agendum sit, ut tandem sibi ipsis iniuncta licentia abeundi concedatur, & frequentissime absque villo examine an sit vel vera causa, vel iusta, nam & si hoc ipsum privilegio competeret, propter abusum esset omnino privilegium ipsum rescindendum, & ius commune in usum reuocandum, quæ sunt verba ipsius Couar.

418 Et illa verba, & aut saltem eisdem similibus, non inducunt causas in iure, aut statutis, validis non contentas, sed causas in iure, aut statutis validis virtualiter comprehensas ex identitate rationis, iuxta tradita per glossam *verb. mariti in l. si constante. ff. soluto matrimonio*, & ibi D. præsertim las. & Barbosa, & in c. cum dilecta, de confirmat. vtili. & Cassad. dec. 6. n. 3. de iure patro. & 7. n. 19. de causa poss. & alios.

419 Idem tenet Rutilius Benzonius Episcopus Laurentinus in speculo Episcoporum de fuga lib. 1. disp. 1. q. 7. ad fi. fol. 125. dicens, Canonicos non posse eximere aliquem à seruitio Ecclesiæ, vel gratiam Canonico facere, ut non seruiat, & participet, sed hanc facultatem non feruendi. Superiore petendam esse, quia ipsi non possunt circa ea disponere, quæ ad statum generalem Ecclesiæ spectant, ut ibi in prima con. & eius est solvere, cuius est ligare, quod autem, de penitentia, & remiss. & eius est nolle, cuius est velle. l. eni. ff. de reg. iur., quamcumque autem consuetudinem in contrarium abusum, & corruptelam esse. Hæc Benzoni.

420 Et eo maxime consuetudo ista videtur irrationalis, ac abusus, & corruptela, quia non est restricta ad licentias ex causis alias rationabilibus, & iustis, licet non expressis in iure, sed sæpe Capitula eas concedunt absque villo delectu, & absque aliqua iusta causa, imo aliquando ex causis, quæ non solum non sunt iustæ, sed potius irrationabiles, & vanæ, quales sunt licentiæ, quæ dantur detentis in Curiis in suis prætensionibus, & vanitatibus, & occupatis in officiis secularibus, seu Ecclesiasticis, in quibus assunt propter suum interesse, commoditatem, & auctoritatem, & volunt non solum retinere Præbendas, sed etiam in eis lucrari; & Capitula per fas, vel nefas sæpe eis concedunt licentiam, & habent pro præsentibus sub falsis coloribus, & fictis prætextibus negotiorum, & utilitatis Ecclesiæ, cum potius ob non residentiam videantur digni punitione & priuatione, & esse in malo statu tam ipsi, quam dantes eis talem licentiam, tenerique ad restitutionem.

421 Nec excusat, & nec sufficit in proposito utilitas Ecclesiæ occulta, aut ficta, seu simulata, sed evidens requiritur. Domin. in c. 1. §. qui vero, numero 8. de clerico non resid. in 6. & Probus ad Monachum ibi, nu. 28. per illum textum.

422 Nec etiam prædicta consuetudo videtur restricta ad licentias ad breue tempus, nam sæpe etiam eas concedunt ad longum tempus, ut occupatis in aliis officiis, unde eo magis est irrationalis, & iniusta consuetudo.

423 Et ita videtur S. Congregatio Concilii declarasse in vna Abulen. ut in literis seqq. Ioan. Carrillo Thesaurarius, & Canonicus, Ecclesiæ Abul. occupatus in seruitio Card. Archiducis Archiep. Toletani apud Gubernatorem Archiepiscopatus, ultra tempus ex indulto Apostolico Beneficiatus d. Ecclesiæ concessum, abfuit per alios tres menses à seruitio sue Ecclesiæ anno præterito de licentia Capituli, quod eum habuit pro præ-

sentis ad instantiam Episcopi per literas missas Capitulo id efflagantis, in toto autem hoc anno presenti non resedit in sua Ecclesiā, nisi per unum mensem, & tamen à maiori parte Cap. aliquibus contradicentibus, fuit habitus pro presenti, & interessenti per tres menses sub certis prætextibus, post modum etiam fuit similiter habitus pro presenti, & interessenti à maiori parte Capituli multis reclamantibus, per alios duos menses propter quasdam literas Regias Capitulo transmissas, quibus petebat dari licentiam d. Ioann. Carrillo, his sic stantibus, quia præmissa sic gesta, & licentiæ prædictæ concessæ fuerunt, aliquibus Capitularibus reclamantibus, pro parte dictorum Capitularium sic reclamantium Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. vestris supplicatur, declarari sequentia. Primo. Supposita consuetudine ante, & post concilium Triden. semper observata, quod Capitula Ecclesiarum Cathedralium Hispania concedant eorum Beneficiatis, & Præbendis licentiam, se absentandi à seruitio Ecclesiæ, prout Capitulo visum fuerit, an maior pars Capituli potuerit dare dictas licentias absentis d. Ioann. Carrillo, & eum habere pro presente, & interessenti, ac facere responderi de fructibus, & distributionibus quotidianis ex prædictis causis? & an pro tempore dictarum absentiarum fecerit suos fructus, & distributiones quotidianas suarum Præbendarum, qui alias residendo, & diuinus interessendo lucrari? Secundo. An privilegia perpetua, de non residendo in Beneficiis Cathedralium, concessa, certo generi personarum, sui reuocata per Concilium Trid. aut per constitutionem Pij Papæ. III. & quod quidem certum videtur ex cap. 2. sel. 6. de reform. & Bulla Pij. III. reuocatoria privilegiorum. Tertio. An d. Ioannes Carrillo propter d. absentias ad instantiam maioris partis Capituli priuandus dimidia p. fructuum, & distributionum pro primo anno, & crescente contumacia, omnibus pro secundo, & denique contra eum procedi iuxta decretum Sancti Concilii sessione 24. cap. 12.

Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Abulen. admodum Reuerendi Domini. Tria sunt, quæ per libellum his literis adiunctum nomine Capitularium illius Ecclesiæ nuper petita fuerunt declarari à Congregatione Illustrissimorum Patrum, qui S. Concilio Trid. decretis interpretatis propositi sunt, quod attinet ad primum, ipsi Patres censuerunt Capitulum non potuisse Io. Carrillo Thesaurario, de quo in libello agitur, huiusmodi licentiam tribuere. Ad Secundum si privilegia ante Concilium Trid. concessa fuerint, utique illa extitisse reuocata. Ad Tertium, si idem Thesaurarius ultra tres menses vno anno à seruitio Ecclesiæ absens fuerit, dimidia parte fructuum Canonicatus, & Thesaurariatus pro illo anno priuandum esse, pro secundo vero anno, si eadem negligentia usus fuerit, omnibus fructibus priuari debere; crescente vero contumacia in eum iuxta sacrorum Canonum constitutiones procedendum esse, omnibus vero aliis distributionibus quotidianis pro illis horis, quibus ipse non interfuerit, utique carere debere; hanc Congregationis sententiam vobis præscribere volumus, ut illam omnino observari curetis. Deus vos incolumes seruet, gratiaque sua donis quotidie magis augeat. Rome die 24. Aug. 1596. Hieron. Card. Matheius. Quam declarationem, & literas vidi in forma auth.

Et clarius censuit ead. S. Congregatio ad meam instantiam anno. 1602. ut in sequenti declaratione ad tertium. Illustrissimi & Reuerendissimi Domini. Cum declaratio eorum, quæ circa decreta S. Concilii Trid. dubitari contingit, ab ista S. Congregatione petenda sit, ut certa resolutio habeatur, & omnis ratio dubitandi tollatur, supplicatur Illustrissimis, & Reuerendissimis

DD. vestris pro parte h. c. Nicolas Garcia Canonici Abulen. declarari sequentia. Primo, An Canonici sua obligationi satisfaciens quod attinet ad residentiam, & servitium chori, & altaris, possit licite, & tuta consuetudine abesse à Capitulo, seu Congregatione. Capitularibus? Secundo, An valeat ordinatio, seu statutum, vel consuetudo Capituli, qua multiantur non interequentes Capitulo, etiam si intersint in choro, & officii diuinis? Tertio, An Capitulum, nemine reclamante, possit dare licentiam absentia alicui Canonico, seu Præbendato, & eum habere pro presenti ad aliquod tempus, saltem breue, ultra tempus à Concilio permissum ex causis iustis, & rationabilibus, non tamē expressis in iure, supposita consuetudine immemoriali id faciendi ante, & post Concilium Triden. semper obseruata, & statuto id permittente non tamen confirmato à Sede Apostolica in specifica forma? Ad primum Congregatio Concilij respondit, non posse. Ad secundum, valere. Ad tertium, nedum id non posse Capitulum, sed nec etiam Episcopum, sed eos tantum Canonicos, vel Præbendatos, qui tempore choro non interfuerint, posse percipere distributiones quotidianas, qui vere abfuerint propter aliquam ex causis expressis in constitutione Bonifacij VIII. quæ incipit, consuetudinem. Hiero. Card. Mathæus. Quam declarationem habeo authenticam.

Et, cum Capitulum non possit dare d. licentiam absentia alicui Præbendato, & eum habere pro presente, vt respondet Sacra Congregatio ad tertium, non potest quis virtute talis licentia lucrari, & facere suos fructus Præbendæ, qui alias residendo, & diuinis interfendo lucrifunt, additque Sacra Congregatio ibi, eos tantum posse percipere distributiones, qui abfuerint propter aliquam ex causis expressis in capit. 11. de Clericis non residen. in 6. nam ad percipiendas distributiones quotidianas in absentia solum sufficiunt causæ expressæ in illo capitulo, quamuis ad percipiendos fructus, seu grossam sufficiant etiam aliæ causæ alias in iure expressæ, vt causa studij, seruitij Episcopi, & fructus Præbendæ possunt lucrari in absentia, saltem per tempus à Concilio permissum, donec priuatur, iuxta decretum Concilij d. c. 11. vt in illa Abulensi, n. præceden. adducta.

Et in alia Abulen. t. quæ sic ait, Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini Doctor Ioan. Beltran. de Guenara Canonici Præbendæ doctoralis Ecclesiæ Abulen. factus auditor Regius in Cancellaria Vallisoletana, quæ nunc Metimna residet, fuit habitus pro presenti in d. Ecclesiæ, data ei licentia absentia per unum annum à maiori parte Capituli aliquibus contradicentibus, Episcopo tamen fouente, sub prætextu, quod existens in dict. Cancellaria ageret, & foueret negotia, quæ Ecclesiæ, & Capitulum ibi haberent, cum tamen iudex existens illa non posset recte agere, nec alias Capitulum esset illuc missum aliquem Beneficiatum pro negotiis, saltem per tantum tempus, nec esset necessarium: similiter etiam postea fuit habitus pro presenti per alios duos annos à maiori parte Capituli, vno, vel duobus contradicentibus, dando ei, seu ordinando dari mandatum pro cura ad negotia. Quibus sic stantibus, supplicatur Illustrissimis, & Reuerendis DD. vestris pro parte Gasparis Guierrez dictæ Ecclesiæ Portionarij, declarari sequentia. Primo, An d. licentia sine valida, vel inualida, præsertim, cum sit doctoralis, & stante statuto dictæ Ecclesiæ, quod in rebus grana vnus contradictio sufficiat? Secundo, an totum Capitulum, nemine contradicente, poterit dare dictas licentias absentia, & eum habere pro presenti, præsertim supposita consuetudine ante, & post

Concilium Triden. semper obseruata, quod Capitula Cathedralium Hispania concedant eorum Beneficiatis licentiam absentia ex causis sibi bene visis, licet, non in iure expressis? Tertio, An d. D. Guenara teneatur restituere Capitulo redditus dictæ sue Præbendæ in absentia perceptos virtute dictarum licentiarum, & an Capitulum illi denegare nondum perceptos? Quarto, An, illo non restituente, teneatur ad eorum restitutionem illi, qui dictas licentias concesserunt? & quatenus fuerit declaratum contra dictas licentias, supplicatur Illustrissimis, & Reuerendis DD. vestris districte mandari Episcopo, & Capitulo, vt eam declarationem faciant omnino executioni demandari. Ad primum Congregatio Concilij censuit esse inualidas. Ad secundum, non posse illas concedere. Ad tertium quoad fructus Præbendæ debere rite priuari iuxta decretum Concilij c. 12. f. 2. q. 1. applicari fabricæ, quatenus indigeat, si minus alteri pro loco: quoad vero distributiones quotidianas, illas minime fecisse suas, & ideo teneri illas restituere distribuendas iuxta fabricæ si indigerit, si autem, alteri pro loco. Ad quartum esse audiendum Capitulum, Hiero. Card. Mathæus. Quæ declaratio fuit data anno 1603. & causa vidi in forma aucth.

Nec possunt isti, quibus dantur per Capitulum tales licentia, percipere, aut retinere fructus, seu grossam Præbendæ sub prætextu, & titulo, quod alij Præbendati videantur eis donare, seu remittere partem, quæ sibi erat obuentura, in quo aliqui decipiuntur. Nam, præterquam secundum istam rationem non possent donare, seu remittere partem obuenturam, non intransibibus, vel non interequentibus Capitulo, Capitulum, seu personæ illius, non sunt domini bonorum, & reddituum mensæ Capitularis, donec eis sint applicati, & distributi, sed ante applicationem, & distributionem solū sunt administratores, seu procuratores, sicut tutor, & curator, & Ecclesiæ est domina.

Ex quo est, quod fructus annorum præcedentium, qui hoc anno diuiduntur, debentur Canonicis, qui nunc sunt, & non qui erant illius anni, quia, cum tunc non fuerint diuisi, & distributi, non debentur illis, sed Capitulo, quod semper est idem, l. proponebatur ff. de iudic. ita Calder. consil. 21. de Præb. Fel. ar. c. eam te, n. 13. de rescrip. & in c. Iacobus, nu. 1. de simo. Mandos. in reg. 34. cancell. q. 5. n. 3. & Io. Garcia de conuigali ac questu, n. 193. & posthæc González gl. 37. à num. 26. & restitutio faciendi fructuum ablatorum, seu male perceptorum non debet fieri Canonicis illius temporis, sed Capitulo, iuxta dicta supra. l. p. c. 5. n. 224.

Prædictæque maxime procedunt, quando dantur horæ, & distributiones quotidianæ, quæ non possunt dari absentibus à choro, non obstante quauis consuetudine, etiam immemoriali, quæ improbat in d. cap. vn. de cleric. non resid. in 6. innouato per Concilium d. c. 12. vt per D. ibi & D. Io. Ocon. & Cosmam in prag. sanct. titulo quo tempore quisque debeat esse in choro, verb. distributiones, ad si. Couar. dist. lib. 3. varia 6. 13. ex num. 2. Duennas regul. 206. & 134. limitatione 6. & Hoiedam de incompatibil. Benef. capite. 17. ex numero 5.

Nec possunt à Capitulo, aut singulis Cap. aliquo prætextu donari, & aut remitti, vt in d. c. vn. & d. c. 12. Nauar. de oratione Miscel. 59. alias 14. & consil. 7. de clericis non resid. Meno. de arbit. l. 2. casu 428. in additione, numero sexto, Durandus de tribus Ecclesiæ lib. 3. capite 25. n. 5. Cosmas Philiar. de officio sacerdotis l. par. lib. 1. capite 13. Enriquez in sum. lib. septimo, capite 16. §. 3.

36. §. 4. & quicquid dicant Man. Rodrig. in sum. 1. 20. t. ca. 33. n. 3. & Vega. p. sum. c. 36. casu 41. & censuit S. Congregatio Concilij, vt in declarationibus sequentibus. Prima Non licet Capitulo aliquo preteritis distributiones donare, relinquere, aut quavis collatione remittere alicui, qui vel a seruitio Ecclesie abfuerit, vel alio quouis modo distributiones legitime debeat amittere; nec fas sit cupiam eas accipere si acceperit, suas non faciat, sed restituere cogatur illico restituendas Fabrica Ecclesie, quatenus indigeat, aut alteri pio loco Episcopi arbitrio. Consonat Concilium Mediolanen. 4. p. 2. tit. de distributionibus versiculo si ve. o. vlla. Et Conciliū Bonomen. in de residencia. §. de his, qui ad residenciam renentur. versiculo inq. bi. Secunda Congregatio Concilij censuit quancunque collationem ex hoc decreto prohibitam esse, respectu scilicet distributionum, & ideo, si de ea legitime constituta, debere Episcopum iure agere in reos, respectu fructuum Præbende non esse in facultate Canonici illos remittere, cum illi applicandi sint Ecclesie. Tertia Episcopo Placentino inter alia 25 Iul. 1570. Quod remissionem, quam faciunt in die cenae Domini, in alio de portionibus vbi acrescentibus ob non residenciam, non fiat, & facta renouentur. Circa quod vide dicenda infra sub titulo vigesimo.

43 Sed sufficit difficultas, esto t. Capitulum non possit dare licentiam absentiae ex causis non expressis in iure, vel in statutis validis, an possit illam dare ex causis alias in iure expressis, alteratis tamen, seu modificatis per statuta, seu consuetudines Ecclesiae? verbi gratia, infirmitatis causa est in iure expressa, est tamen per statutum, seu consuetudinem Ecclesiae ita modificata, vt qui numeratur, seu habetur pro praesenti, vt infirmus, non possit interim domo exire, aut quod non habeatur pro praesenti ratione infirmitatis absens à Ciuitate, vel qui fecit noctem extra Ciuitatem, donec praesentetur in Ecclesia: similiter seruitium, seu obsequium Episcopi, quoad duos Canonicos, est causa in iure expressa, est tamen statutum, quod Familiares Episcopi non habeantur pro praesentibus, nisi ad quatuor menses, & quod alium debeant in Familiares ante diem Natiuitatis Domini, vt in nostra Ecclesia Abul. t. Quae statuta videntur obligare, saltem ratione consuetudinis, seu iuramenti de seruandis statutis, quod solet praestari à Capitularibus, & Episcopo. Rota dec. 306. p. 2. diuersorum dubitatur, an Capitulum ex gratia possit dare licentiam absentiae, & vt habeantur pro praesentibus ex istis causis alias in iure expressis, non seruata forma statuti, stante statuto, seu consuetudine, quod Capitulum possit facere gratiam in qua diffie-

44 breuiter videtur distinguendum, aut statutum, seu consuetudo modificans causam in iure expressam non potest dici contra ius, sed veluti declarans, & limitans ex causa rationabili, ius, vt statutum quod numeratus tanquam infirmus, non possit interim domo exire, aut, quod absens à Ciuitate non habeatur pro praesenti ratione infirmitatis quod non videtur contra ius, sed ex causa rationabili limitare, & declarare ius ad tollendas fraudes, ad tradita per Botteum de synodo. 3. part. 1. n. 62. nam si numeratus, vt infirmus posset libere domo exire, non eundo ad Ecclesiam, multi fingerent se infirmos, aut ex leuissima causa facerent se, vt tales, numerari, & si absentes à Ciuitate posset se facere numerari ratione infirmitatis, posset in hoc esse fraus. Et tunc non videtur Capitulum posse dare licentiam contra talia statuta, nempe, vt quis numeretur ratione infirmitatis libere exiendo domo, vel absens à ciuitate, nam tunc

gratia videtur contra ius, & non ex causa in iure expressa, ex quo illa est sic intellecta, & declarata per statutum, t. quamuis videretur posse dare licentiam numerato, vt infirmo, vt posset domo exire non libere, sed ad audiendam Missam.

Et in morbis perpetuis notoriis, vt Podagra, Paralytis, & similibus, videtur posse habere pro praesente infirmum ratione talis infirmitatis, etiam non seruata clausula statuti, quia durum esset in talibus infirmitatibus perpetuis arctare infirmum ad numquam exiendo domo, & in eis cessare clare ratio statuti, vnde æquum videtur, vt habeatur pro praesenti absolute, saltem ex gratia, vel extra ciuitatem.

Aut statutum modificans causam in iure expressam clare, & directè est contra ius, itaque non obligat, nisi ratione iuramenti, seu consuetudinis praescriptae, ad notata in c. si de consuetudine. quale videtur illud statutum, quod non habeatur pro praesente ratione infirmitatis, qui venit foris, nec est praesentatus in Ecclesia, & quod Familiares Episcopi non habeantur pro praesentibus, nisi ad certum tempus & assumpti certo tempore, & tunc stante statuto, seu consuetudine, quod Capitulum possit facere gratiam, videtur posse illam facere contra dicta statuta, nam tunc gratia solum videtur contra statuta, & non contra ius, sed potius ex causa in iure expressa.

Vigesimo tertio dubitatur, quæ sunt distributiones quotidianæ, & quas amittit absentes tempore à Concilio permisso, vel alias? Et quæ sunt distributiones quæ sunt potius Præbendæ, seu debentur loco Præbendæ, quas absentes d. tempore à Concilio permisso, vel alias ex iusta causa, seu priuilegiati lucrantur?

In quo dicendum est illas esse, & dici vere distributiones quotidianas, & quæ per singulas horas diuiduntur, & distribuuntur quotidie, etiam si solutio non fiat dietim, sed post longum tempus: illas vero distributiones, quæ dicuntur grossa, vestuarii, in quarum solutione non habetur respectus ad singulas horas, etiam si residendo, & intereundo vna hora lucrifiant, non esse proprie distributiones quotidianas, sed præbendas, seu loco Præbendæ, maxime, vbi non sint aliæ præbendæ. Extrauag. cum nonnulla. §. praeterea, cum in aliquibus, de Præben. inter communes, glossa vers. receperint, in d. c. 11. de cleric. non residen. in 6. l. el. consil. 18. Cosmas in pragmatica d. de quo tempore quisque debeat esse in choro. vers. distributiones, Par. consil. 32. lib. 4. Puteus dec. 375. lib. 2. Achil de Grassis. dec. 275. Cessar de Grassis dec. 111. n. 8. & dec. 116 Rota in causa Conch. fructuaria. 1. Jun. 1538. coram D. Rubens in qua supplicabatur, quoniam Ecclesia Conchen. ratione Decanatus, & Canonatus, & vestuarii non distribuatur quotidie, sed certis annis diebus, ac quolibet semestri intereuntibus per 120. dies, in una ex 7. horis, etiam si per 60. dies se absenti, & in d. Ecclesia etiam quotidie distribuatur intereuntibus, inter singulis horis Canonicis. Ma. ualia quæ infirmis, & ex utraque non debentur: sunt dubitandum, an constitutio Bonifacii de Cleric. non resid. in 6. comprehendere dictum vestuarium? & resolutum est non comprehendere vestuarium, quia non est proprio, nec comprehenditur inter distributiones quotidianas, glossa, ibi vers. receperint, vbi omnes, & in extrauag. lo. 2. cum nonnulla, de Præb. Abb. in ca. olim, de verb. significat. Par. consil. 32. n. 8. & 15. lib. 4. & maxime, quia in Ecclesia Conchen. Canonici non habent Præbendas distinctas à vestuario, unde necesse est dicere, quod sit diuersa à distributionibus, nisi esset Canonici sine Præbenda, & in

materia, d. capituli sit correctoria, non est extendenda, etiam ex identitate rationis, vt in iuribus vulgaris, in d. Conthen.

442

Et S. Congregatio super d. c. 12. sic censuit. *¶* Quae sint distributiones quotidianae, quae praesentibus, & interuentibus tantum debentur, de quibus Concilium hic, & in c. 11. de Cleric. non resid. in 6. & quae sint distributiones similiter quotidianae appellatae, quae debentur loco Praebendae, à quibus non excluduntur absentes ratione alicuius priuilegij, de quibus glossa in d. c. 11. vers. receperint, censuit declarasse Extrauag. cum nonnullae. & praeterea, cum in aliquibus, de praebend. inter communes. Et est dec. Rota in causa Mouioricen. Canonizatus adducta 6. p. c. 3. n. 117.

443

Vigesimo quarto dubitatur, ad quos spectent distributiones quotidianae amissae per non interuentis diuinites, seu alias? In quo dicendum est, quod si ita ordinatum est, vt singulis Canonicis, & Beneficiariis certa portio assignata sit, seu cuiilibet, qui diuinitis interfuerit, detur certa quantitas, tunc portio absentis, & id quod superest, ex portionibus eorum qui diuinitis non interfuerunt, inter praesentes non diuiditur, nec eis accrescit, sed ad Ecclesiam pertinet, & in eius utilitatem conuertitur: quia in hoc casu nulla inter eos coniunctio dici potest, nec res, nec verbis coniuncti sunt, & praesenti certa debetur quantitas, absenti vero nulla. Si vero certa, & portio, seu quantitas singulis non est assignata, sed omnibus ita, vt inter eos, qui diuinitis praesentes fuerint sit distribuenda, portiones eorum qui non interfuerunt interuentibus accrescunt, seu portiones interuentium propter absentiam, aliorum iure non decrescendi pinguius fiunt, glossa in clem. vt 3. qui 3. illi vero verb. pars dimidia, de arat. & qualitat. & in Clem. 2. verb. suspensus, de vna, & honestat. clericor. Fel. in cap. Apostolica n. 12. de excep. Decius in c. pastoralis, §. verum, nu. 21. de appellat. Surdus de alimentis, tit. 1. q. 82. n. 16.

445

*¶* Card. Toletus in sum. l. 1. c. 13. ultimo effectu in Rom. & nouissima editione, quam doctrinam & distinctionem tradit Card. in d. Clemen. vt 3. §. illi vero, q. 21. c. 22. & ibi Imola & Bonif. n. 14. & Abba. ad fi. Colmas in pragmatica sanct. tit. de tenentibus c. tempore Missae, verb. neque, Probus ad Monachum in d. cap. vnic. de clericis non residen. in num. 61. Rebuffus in praxi, tit. de dispensatione de non residen. numero 10, & 11. & in concordatis tit. de collatis, §. 1. verb. distributionum, coar. lib. 3. variar. capite 13. num. 7. Io. Gutierrez can. questionum, libro 1. capite 1. numer. 109 Bar. Vgolin. de censuris, tab. 2. de excomm. maiori, cap. 12. n. 3. & Rota in vna Valentina emolumentorum, coram illustrissimo Mantica 14. Maij 1593.

447

Id vero, quod dictum est ad Ecclesiam pertinere portionem absentis, quando cuiilibet interuenti certa portio assignata est, pro eo edit, cum ex patrimonio, & bonis Ecclesiae, cui ministratur, dantur redditus, & quotidianae distributiones ipsis ministris, nulla facta diuisione reddituum inter ipsam Ecclesiam, & eius ministros; at ubi patrimonium Ecclesiasticum diuisum est in duas partes, quarum vna ipsius Ecclesiae sit ad eius fabricam, & ornamenta, aliaque necessaria, altera vero ad ministrorum victum, & mercedem destinata sit, qualis est mensa capitularis, portio absentis cedit in patrimonium commune ipsorum ministrorum, & remanet in ipsa mensa capitulari, & massa communi, ex qua dantur huiusmodi distributiones, diuidenda inter omnes residentes pro suis Praebendis, & rata temporis residentie, Coar. d. n. 7. vers. quod vero diximus, & Io. Gutier. sup.

n. 107. & ita seruatur in hac Ecclesia Abulen. ac Burgen. ciuitatem, & aliis. Et fuit resolutum in causa Burgen. residentie, seu distributionum coram D. 448 Penna, 9. Maij 1594. vt in decis. sequenti. Quoniam in Ecclesia Burgen. distributiones quotidianae, quas non interuentis diuinitis officiis non lucrantur, reponi solent in massa communi, seu in mensa capitulari, & D. Archiepiscopus putans ladi cultum diuinum, si capitulares negligere interesse, pretendebat, ea vigore iuris communis in c. vnic. de cleric. non resid. in 6. quam Concilij Trid. sess. 21. cap. 3. & sess. 24. cap. 11. praedictas distributiones non debere remanere in massa communi, sed suo arbitrio posse fabricae Ecclesiae, aut alteri pio loco applicare, ideo dubitauit, an portiones distributionum non interuentium diuinitis officiis deberent remanere in massa capitulari, vel potius D. Archiepiscopi arbitrio applicari? & bis causa proposita, die 2. & 9. Maij domini censuerunt portiones non interuentium in massa communi remanere debere, cum enim in modo distributionum quotidianarum distribuendarum, aut applicandarum, multum sibi vendiceret consuetudo, & ordinatio cuiuslibet Ecclesiae, d. cap. vnic. statuimus. Capolla, de seruitutibus rusticorum capite quarto numero decimoquinto Decius consil. 280. in princip. Parisius consilio trigesimo secundo numero decimo quarto. Zabarella, consil. 53. numero quarto & fuit dictum in causa Valentina emolumentorum, 16. Octob. 1585. coram bona memoria Camucio, pro parte D. Archiepiscopi, nihil proponebatur, quod antiquam illam, & inueteratam consuetudinem, nedum in Ecclesia Burgen. sed in pluribus alijs Hispaniae, vt testatur Ioann. Gutierrez. can. questionum capite primo numero 107. sperne tam suaderet; primum consuetudo non est contraria dispositioni Bonifacii in dict. capite primo ibi enim so. im improbat consuetudo, per quam canonici, seu alij Beneficiarij, licet diuinitis officiis non interuent, dummodo in ciuitatibus, seu alijs locis, in quibus Ecclesia ipsa consistit, forent praesentes perinde, ac si continue ipsis Ecclesiis in eisdem officiis deseruirent, integras distributiones percipiebant, qui abusus longe abest à proposita facti speciei, portio enim illius, seu illorum, qui vno die non interfuerunt, quamuis in massa communi reponatur, nunquam tribuitur non interuenti; ad hoc enim, vt de massa communi illa participet, vt diuinitis officiis interfuit, est necesse, & cum interfuerit non lucrabitur integram portionem, quam semel amisi, sed minimam tantum partem respondentem labori, seu operi illius diei, quo seruiunt, ac ne tunc quidem lucrabitur eam portionem, quasi distributionem amissam die illo, quo non seruiuit, sed quasi distributionem, & portionem propriam eius diei, quo diuinitis interfuit, illa enim portio, quae per non interuentiam absentis vacauit, sic incorporata fuit massa communi, vt cum deinceps interuentibus datur, distributionum illius diei naturam induat, & ita quoque in hac materia censuerunt Coar. l. 3. variar. c. 13. n. 7. & Ioan. Gutier. can. quaest. c. 1. n. 107. Concilium Trid. sess. 21. c. 3. nec tollit, nec improbat hanc consuetudinem, cum ibi longe diuersus casus proponatur, loquitur enim de Ecclesiis, in quibus nulla sunt distributiones quotidianae, vel ita tenues, vt verisimiliter negligantur, in quibus propterea tertia pars fructuum pro distributionibus applicari iubetur, ceterum Concilium expresse praeseruas consuetudines illarum Ecclesiarum, in quibus non residentes, seu non seruientes nihil, vel minus tertia parte percipiunt. Vnde, cum pro parte D. Archiepiscopi non verificetur factum in Ecclesia Burgen. ad Concilij praescriptum, non habebit locum illius dispositio, sicut praetendebat Archiepiscopus, quinimo Concilij dispositio

Cap.

Cap. fauere videtur, ex quo enim praevidetur in Ecclesia Burgen. totam praevidendam consistere in distributionibus quotidianis, consequitur Capitulares continue deseruiuros, & praesentes futuros fore diuinis officiis, ne tantis commodis careant. Nauar. Miscel. 59. de oratione, nu. 6. ex his patebat etiam responsio ad idem Conciliū. sess. 12. c. 3. de reform. quod similiter loquatur de tertia parte fructuum in distributiones quotidianas assignandas: ad aliud eiusdem concilij decretum, sess. 24. cap. 12. §. distributiones, non oportuit aliter respondere quam paulo ante responsum fuit ad c. 1. de cleric. non resid. in 6. quia in eo decreto concilij Patres expresse referunt se ad constitutionem Bonifacii incipien. Conf. etudinem. Postremo non videbatur sublata consuetudo per statum Cardinalis Mendocae Archiepiscopi Burgen. de anno 1566. & reductum in volumine statutorum per card. Paciecum, similiter Archiepiscopum Burgen. de anno 1574. quia, licet statutum praesumatur usu receptum, nisi contrarium fuerit probatum, Decius consil. 53. q. 9. crescen. dec. 79. n. 2. Anton. August. in epitom. tit. de constit. n. 3. nihilominus in hoc casu, cum in eod. statuto diceretur, quod fuerat factum in executione concilij Trid. sess. 21. ca. 3. illa dispositio non habet locū, ut dictū est, neque statutum aliquā operabitur. Praeterea, cum statutum diceretur factum a solo Archiep. cap. sine capitulo, & Archiepiscopus de iure non possit condere statuta super respectante ad Capitulum, sine illius consensu, Gemin. in d. c. 1. §. statuimus, n. 4. & Francus n. 2. inualidū fuit statutū, etiā satis videbatur non fuisse usu receptū, ex eo quia semper fuerit obseruatum contrariū, & distributiones diuise, secundum antiquam consuetudinem. Postremo dicebant domini, quod, licet distributiones non essent ponendae in massa communī, non propterea sequebatur, quod arbitrio Archiepiscopi forent applicandae, cum circa hoc varia sint Doctorum sententiae, nec discussum adhuc, aut diffinitum, nec ex illis praeualeat.

449 Et similiter dicendum est de fructibus praebendae amissis ob non residentiam, & vel alias, quod, si in Ecclesia non sunt Praebendae distinctae, nec est facta diuisio reddituum inter Ecclesiam, & eius ministros, sed ex patrimonio, & bonis Ecclesiae dantur praebendae, & redditus ministris, assignata cuilibet certa portione, tunc fructus amissi ad ipsam Ecclesiam pertinent, si vero est mensa Capitularis, & massa communis Canonicorum, & Beneficiarium distincta à patrimonio Ecclesiae, seu fabricae, quae inter residentes pro suis Praebendis diuiditur, ut communiter est in Ecclesiis Hispaniae iuxta dec. Rotae 6. de consuetudine in nouis sub n. 1. vers. aliqua sunt Ecclesiae, tunc portio absentium, seu alias amissa in mensa Capitulari remanet cum reliquis eiusdem fructibus inter residentes diuidenda, iuxta tradita per Coar. d. l. 3. variat. c. 13. n. 7. vers. quod vero diximus, & Io. Gutier. d. c. 1. n. 107. & seq.

450 Si vero essent Praebendae & realiter distinctae, ita, quod quaelibet Praebenda esset domina suae dotis iuxta d. dec. 6. sub n. 1. vers. in aliquibus autem Ecclesiis, tunc fructus amissi applicandi essent fabricae Ecclesiae, quatenus indigeat, alias alteri pio loco arbitrio Ordinarij, iuxta c. 3. sess. 22. de reform. & dicta supra numer. 147.

451 Ex quibus magnam patiuntur difficultatem & declaratio Abulen. supra adducta, n. 426. & prima adducta, num. 432. quae absolute dicunt distributiones male perceptas per eum, qui à seruitio Ecclesiae abfuit, vel alias eas amissis, esse restituendas fabricae Ecclesiae, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Episcopi, & quoad fructus Praebendae dicta A-

bulen. ait eum, qui abfuit, debere rite priuari, iuxta decretum Concilij, cap. 12. sess. 24. & applicari fabricae Ecclesiae, quatenus indigeat, sin autem alteri pio loco.

Sed respondetur d. declarationes, & ut ex eis patet, loqui de distributionibus male perceptis per eum, qui fuit habitus pro praesenti à Capitulo, vel cui ab eo fuerunt donati, seu remissa, & sic non debent restitui ipsi Capitulo, seu Capitularibus qui facto suo dando d. licentiam, & faciendo talem remissionem, seu donationem, sibi praedicauerunt adnotata in c. cum omnes, de constitut.

Quod vero dict. declaratio Abulen. ait, & quoad fructus Praebendae debere eis priuari iuxta d. c. 12. intelligendum videtur de fructibus, quos ille alias ratione Praebendae, ac residentiae fecisset suos iuxta d. c. 12.

Nam quoad fructus praebendae amissos ob non residentiam, & non est opus priuatione, cum eos nunquam fecerit suos, & consequenter isti sicut distributiones essent restituendi Cap. cum ex eius mensa, & massa comuni procedunt, nisi facto suo Capitulo, dando licentiam absentiae sibi praedicauerunt.

Sed adhuc restat difficultas circa dict. declarationem Abulen. nam in casu eius, ut ex relatione constet, licentiae fuerunt datae à maiori parte Capituli aliquibus contradicentibus, & in materia delicti, & in his, quae sunt de genere prohibitorum, & quae tendunt ad damnum Capituli, non sufficit maior pars, sed requiritur, quod omnes, concordent, & contradictio vnius facit, ne videatur gestum à Capitulo, Paulus Castren. in leg. iubemus nullam, num. 6. c. de SS. Eccles. Alex. in l. quod maior ff. ad municipal. lason in l. & suum §. hodie ff. de pactis, n. 8. limitatione 3. & 9. Fel. in d. c. cum omnes, de constit. n. 17. ad fin. & ibi Decius l. lectur. 3. n. 39. Lud. Carreri in pract. criminali fol. 215. n. 7. Auiles in Capitularis praetori, c. 3. verb. iurisdictione n. 28. & Salcedo ad Bernar. Diaz reg. 791. ampliatione 4. & ubi actus tendit in damnum, vel dedecus Vniuersitatis vnus solus potest resistere. Abb. in d. c. cum omnes sub n. 6. vers. & dico, Greg. Lopez. in l. 10. tit. 14. pag. 1. vers. per su voluntad, & facit glossa. verb. rationabiliter, in c. 1. de his quae sunt à maiori parte Capituli, quam ibi D. sequuntur. Vnde concessio licentiarum facta à maiori parte Capituli, aliquibus contradicentibus, non videtur praedicare iuri Capituli, circa restitutionem distributionum.

Hae difficultas satis quidem vrget contra d. declarationem Abulen. & solum videtur & dici posse, quod illa intelligatur respectu partium obuenientium illis, qui consenserunt, & dederunt licentias, qui, licet non praedicerent minori parte, & iuri Capituli, sibi tamen praedicauerunt, ut per D. citatos.

Et dictum praedictum videtur & intelligendum respectu, distributionum, & fructuum iam solutorum, & traditorum, ei, cui licentia absentiae, seu remissio data est, quod si nondum sunt soluti, traditi, & incorporati illi, potest, & debet Capitulo denegare, & impedire solutionem, non obstante licentia, seu remissione data etiam à toto Capitulo, quae sibi non praedicat, cum sit inualida, & sic potest contra eam venire nec fabrica Ecclesiae aut alter pius locus potest ad illos ius praetendere, cum nondum sint illi cum effectu traditi.

Quae tamen dicta sint salua sententia S. Cong. cuius censurae haec, & omnia libenter submitto.

Ex supradicta autem & doctrina inferitur ad decre-

Tercia  
de  
Bongf.

G VII  
15

tum Concilij. *ca. 3. sess. 21. de refor.* quod in terminis illius portiones tertiæ partis in distributiones quotidianas conuersæ, quas absentes amittunt, interuentibus accrescunt, seu iure non decrescendi competunt, cum d. tertia pars inter diuinis interuentibus proportionabiliter sit diuidenda, ex dicto decreto: & ita censuit S. Congregatio, vt in declarationibus infra adducen. *n. 465.* & quod, qui plus attulerunt, plus etiam ad ratam deserviendo percipiant.

460 Sed facit magnam difficultatem aliud decretum eiusdem Concilij *† sess. 22. de reformatione. ca. 3.* vbi portio tertiæ patris fructuum Dignitatū in distributiones conuersæ ex illo decreto per non seruientes amissa non accrescit aliis, sed fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aut alteri pio loco arbitrio Ordinarij est applicanda.

461 In qua difficultate *† Nau. de oratione Miscel. 59. n. alias Miscel. 14. nu. 51.* consultus, vt ait, à quadam valde illustri Ecclesia Cathedrali, respondet, quod hoc posterius loquitur tantum de distributionibus extraordinariis, quæ de redditibus particularibus Dignitatum, personatum, & officiorum constituuntur lucrificandæ ab eis solis, qui habeant ea adimplendo officia diuina eis per Episcopos designata, illud autem *c. 3. sess. 2. de distributionibus ordinariis*, quæ constituuntur de fructibus communibus lucrificandæ à facientibus communiter officia diuina. ideo hæc extraordinariæ merito non accrescunt aliis, quibus aliæ ordinariæ distributiones accrescunt, quoniam illæ de communibus fructibus constituuntur pro officiis communibus ab omnibus faciendis, hæc vero de fructibus particularibus præfatarum Dignitatum, personatum, & officiorum, pro officiis à solis habentibus ea faciendis, sequitur Cosmas Philarchus de officio Sacerdotis *1. p. l. 1. c. 14.*

462 Sed hæc interpretatio non satisfacit, ex eo præcipue, quod distributiones, de quibus *d. c. 3. sess. 22.* assignandæ sunt etiam pro seruitio chori, & interuentia horarum, vt apparebit ex infra dicendis maxime ex declaratione adducta, *n. 489.*

463 Nec placet etiam alia interpretatio Ioannis Guierrez. *† d. cap. 1. n. 106.* qui ait *d. c. 3. sess. 22.* expresse loqui in distributionibus quotidianis, quas presentes obtinent, sed, quia competens sibi seruitium quolibet die statuto non impleuerint, amittunt illius diei distributionem, ideo merito in penam contumaciæ applicari illam partem fabricæ Ecclesiæ, vel alteri pio loco; at vero prædictum *capitulum sess. 21.* loqui de distributionibus diuidendis inter presentes diuini, nempe, vt pars, quæ absentibus ob presentiam deberetur, presentibus competat.

464 In hac diffice dicendum est, quod *c. 3. sess. 21.* loquitur tam de Dignitatibus, personatibus, & officiis, quàm Canonicatibus, & Portionibus, à quibus quando nullæ sunt distributiones quotidianæ, vel ita tenues, vt verissimiliter negligantur tertia pars fructuum communium mensæ Capitularis deduci debet, & conuerti in distributiones quotidianas, quæ inter diuinis interuentibus proportionabiliter diuidantur, & si in his portiones absentium proportionabiliter seruientibus accrescunt, & sit de necessitate hæc detractio, quæ tamen non potest fieri ex fructibus Dignitatum propriis, & distinctis à mensa Capitulari, nec ex Dignitatibus, quæ nullos fructus percipiunt ex illis Ecclesiis, *capitulum vero 3. sess. 22.* loquitur tantum de Dignitatibus, personatibus, & officiis, à quibus Episcopi tertiam partem fructuum, etiam propriorum, & distinctorum à mensa Capitulari in distri-

butiones quotidianas conuertendam diuidere potest, ex illo decreto, si velit non ex necessitate dato etiam, quod distributiones quotidianæ non sint tenues, & hoc in odium obtinentium Dignitates, & residere negligentium, quæ distributiones, cum sint particulariter assignatæ ex fructibus Dignitatum pro obtinentibus illas tantum, non accrescunt presentibus, sed locis piis applicandæ sunt.

495 Quæ interpretatio videtur satis conformis verbis *†* & menti dictorum decretorum, & est ex sententia S. cong. vt apparet ex declarationibus sequentibus. Prima hoc decreto *sess. 21. ca. 3.* agitur de Canonicatibus, & Portionibus, & sit de necessitate hæc detractio, quando sunt nullæ distributiones, vel ita tenues, quæ distribuuntur interuentibus tantum, sed in *sess. 22. ca. 3.* deducitur hæc tertia pars ex Dignitatibus, etiam non ex necessitate, sed in odium non residentium, & pars absentium non presentibus, vel alicui pio loco applicanda. Secunda. Portiones absentium accrescunt deservientibus, si ex decreto Concilij *sess. 21. ca. 3.* separata sint, secus vero, si ex decreto *c. 3. sess. 22.* tunc enim fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, vel alteri pio loco arbitrio Ordinarij applicabuntur, nec obstat aliqua consuetudo, quæ canetur, vt deservientibus portiones non seruientium accrescant. Tertia. differentia inter *c. 3. sess. 21.* & aliud *c. 3. sess. 22.* est, quod hoc *c. 3. sess. 22.* loquitur tantum de dignitatibus, à quibus Ordinarius tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas conuertendam separare potest, dato etiā, quod distributiones quotidianæ non sint tenues, & hoc in odium obtinentium Dignitates, & residere negligentium, & quando ista tertia pars subtracta per non seruientes amittitur, locis piis est applicanda. *ca. vero 3. sess. 21.* loquitur solum, quando distributiones sunt ita tenues, vt negligantur, & hoc casu tertia pars sic separata, & in distributiones ab Episcopo conuersa, si per non seruientes amittitur, proportionabiliter seruientibus accrescit. Quarta super *d. cap. 3. sess. 21.* sit ista deductio ex illis Dignitatibus, quarum fructus sunt illius Ecclesiæ, in cuius choro hæc Dignitates sedem habent, secus vero, si nullos fructus perciperent ex illis Ecclesiis, sed haberent proprios, & distinctos à mensa Capitulari. Et vide decisionem Rotæ in vna Gadicen. distributionum *315. 2. p. diuersorum.*

466 Aduertendum est autem circa d. decreta *†* primo quod ista separatio, & diuisio tertiæ partis fructuum pro distributionibus non est ita faciendæ, vt fiat necessario dismembratio aliquarum possessionum, seu bonorum, sed satis est, si valor tertie partis fructuum ponatur pro illis, & ita S. cong. censuit, vt in sequenti declaratione, *sup. d. ca. 3. sess. 21.* Hæc tertia pars non est intelligenda de corporibus possessionum Præbendarum, vt dismembraretur necessario, sed satis si tertia ponatur pro istis.

457 Secundo, quod ista tertia pars accipiendæ est secundum verum valorem, & estimationem ita, quod detractio, & deductio illius faciendæ est secundum valorem currentem, & non secundum taxam, & ita censuit S. cong. vt in declarationibus sequentibus, Prima super *d. ca. 3. sess. 21. Burg.* Quando locus est detractiui istius tertiæ partis, faciendæ est secundum verum valorem, & non secundum taxam Præbendarum. Secunda super *d. ca. 3. sess. 22.* Hæc deductio faciendæ est ex fructibus non secundum taxam antiquam, prout in libris Capitularum, seu aliis, sed secundum valorem currentem. Ad idem est declaratio Segobien. *sup. adducta dub. 3. num. 198. ad 3. & Burgen.* infra adducta hæc *p. c. 4. n. 21.*

censuit tamen S. cong. super *d. c. 3. sess. 21. † Quod, ante*

antequam ista detractio fiat deducenda sunt prius pensionarius, & alia onera legitime imposita, quamdiu illa durauerint, sed de nouo imposita non comprehendunt istam tertiam partem, & quod de fructibus alteri reservatis non sit ista detractio, donec reservatarius vixerit, sed si Beneficiarius nullum habens neglexerit residere, priuandus est eo, si alteri postea conferendo.

449 Quæ declaratio videbatur intelligenda, tibi ubi erant Præbendæ distinctæ realiter, ita, quod deductio erat ex ipsis faciendâ, tunc enim deducendæ prius erant pensiones impositæ, secus, ubi non sunt Præbendæ distinctæ, sed deductio faciendâ est ex fructibus communibus mensæ, tunc enim non videtur habenda ratio pensionum impositarum super ipsis Præbendis, quoad deductionem tertiæ partis licet per illam non fieret præiudicium ipsis pensionibus.

470 Tertio aduertendum est, quod tibi non est locus detractio tertiæ partis pro distributionibus ex decreto d. c. 3. sess. 22. quando distributiones sunt tolerabiles ita, ut verisimiliter non negligantur, ut alias celsit S. Cong. & in declaratione prima, & tertia supra adducta n. 465. & in d. Segobien. & alia S. Congreg. tibi respondit Cardinali Borromeo, Quod verisimiliter illa, quod distributiones quodammodo negligantur, & ob id tertia pars fructuum Præbendæ in distributiones quotidianas sit conuertenda, ut in c. 3. sess. 21. considerari debet habita ratione numeri omnium Canonico-rum tam residentium, quam non residentium.

472 Quarto, quod quando ex tibi Dignitatibus detracta est tertia pars in vim decreti d. c. 3. sess. 21. non potest detrahi alia tertia, ex decreto d. c. 3. sess. 22. ut S. Cōgreg. celsit his verbis. Quando Episcopus usus est remedio, c. 3. sess. 21. in detractenda tertia parte ex Dignitatibus non potest vii remedio c. 3. sess. 22. in detractenda alia tertia parte ex Dignitatibus, & nihil dandum est his, qui nihil contulerunt.

473 Quinto est aduertendum, quod dispositio tibi d. c. 3. sess. 21. & detractio, de qua ibi, habet locum contra obtinentes non solum Dignitates, Canonicos, & Portiones, sed etiam Capellanas, seu alia Beneficia residentiam requirunt in Ecclesiis Cathedralibus & Collegiatis, nō tamen habet locum extra Ecclesiam Cathedralē, aut Collegiatam, ut in sequentibus declarationibus S. congregationis concilij, super d. ca. 3. sessione 21. Prima, Hæc detractio & huius decreti dispositio locum habet contra omnes Capellanos, & Dignitates obtinentes. Secūda, Omnes Capellanos, & Canonicos, & Dignitates obtinentes tenentur residere, & contra eos locum habet hæc detractio, & huius decreti dispositio. Tertia Burg. Ista detractio partis fructuum faciendâ est de solis illis Beneficiis, in quibus, quis residere tenetur. Quarta, Non potest deducere hanc tertiam partem, nisi ex Canonicis, & aliis Beneficiis in Cathedralibus, vel Collegiatis, vel illis unitis, nec extra Ecclesiam Cathedralē, vel Collegiatam, hoc decretum habet locum.

474 Vnde nec pro distributionibus Ecclesiæ tibi cathedralis, aut collegiæ detrahendum est aliquid ex Beneficiis extra illam existentibus, nisi essent perpetuo unita Præbendis illius. Ut in alia declaratione S. cōgreg. quæ sic ait, Nec pro distributionibus Canonico-rum Cathedralis vel Collegiæ Ecclesiæ auferendum est quicquam de Beneficiis, quæ sunt extra Ecclesiam Cathedralē, vel Collegiatam, nisi Ecclesiæ, vel Beneficiæ extra d. Cathedralē, vel Collegiatam existentia essent perpetuo Canonicatum unita Præbendis prædictarum Ecclesiarum, a quibus Beneficiis extra prædictas Ecclesias, si quid ob eam causam exactum esset, debet restitu-

ti de cetero huiusmodi exactione abstinere.

Et pro prædictis aduertendum est non solum teneri ad tibi residentiam obtinentes in Ecclesiis cathedra- 475 lib. & collegiatis Dignitates Canonicas, aut portiones, sed etiam mansionarij & Capellani & obtinentes alia Beneficia, quæ sunt perpetua & habent annexum seruitium in choro, ut S. Congr. censuit super c. 12. sess. 24. ibi. Aut portiones, & idem iudicium de mansionariis, & aliis Beneficiis, quæ sunt perpetua, & habent annexum seruitium in choro. consonat conciliū Bononiense tit. 6. de residentia §. de his, qui ad residentiam tenentur, vers. penult.

Sexto aduertendum est, quod decretum d. c. 3. sess. 21. non habet locum in Dignitatibus, quæ in cathedralibus habent sedem in choro tantum in quibus tamen nunquam residerunt, sed habent Ecclesiam collegiatam, aut proprium districtum, ubi suam præminentiam, & iurisdictionem habent iuxta regul. 3. cancellariæ, vers. declarans Dignitates, vere non sunt Ecclesiarum cathedralium, in quibus solum sedem in choro habent, sed potius sunt illarum Ecclesiarum, in quibus principalem præminentiam habent, & iurisdictionem exercent, unde non tenentur obtinentes huiusmodi Dignitates residere in d. Cathedralibus, imo nec possunt in illis residere, sed in ipsa collegiata, ut supra dictum est 1. dub. n. 184. & consequenter non sunt obnoxij detractio tertiæ partis ex d. decreto.

Et ita S. congregatio videtur tibi declarasse in sequenti declaratione super d. c. 3. sess. 22. ibi. Ex fructibus, & proventibus, dum tamen sint fructus illius Ecclesiæ, in cuius choro sedem habent hæc Dignitates, secus vero si nullos fructus percipiant istæ Dignitates, ex illis Ecclesiis, in quibus sedem habent, in choro tamen nunquam fecerunt residentiam, & habent proprium districtum, in quo suam iurisdictionem exercent.

Sed offert se difficultas, esto obtinentes tibi huiusmodi Dignitates non sint obnoxij detractio tertiæ partis pro residentia in cathedrali, an sint illi obnoxij pro residentia, & interessentia in Collegiata, in qua residere tenentur ratione curæ saltem iurisdictionalis, quam ibi habent iuxta declarationem S. congregationis supra adductam n. 119. & decimam adductam sub n. 179. vel ex decreto concilij sess. 24. c. 12. vers. præterea obtinentibus, ut supra dictum est, dub. 1. a n. 181.

Et videtur tibi quod sic, ex quo decretum d. ca. 3. sess. 22. loquitur de Dignitatibus etiam in Ecclesiis collegiatis existentibus.

Quod tamen intelligendum erit, nisi tales tibi Dignitates habeant territorium & iurisdictionem quasi Episcopalem, quamvis enim tunc eas obtinentes teneantur ad residentiam, ut est dictum, non tamen videntur teneri ad residentiam chori, seu seruitium Ecclesiæ, & interessentiam diuinorum, ut d. dub. 1. dictum est, & consequenter cessat illa detractio pro distributionibus.

Obtinentes vero in cathedralibus, & collegiatis Ecclesiis tibi Dignitatem, licet non habeant vocem in capitulo, nec cum cæteris participant distributionibus, aut fructus, sed aliunde fructus percipiant residere tenentur, ut in d. vers. præterea obtinentibus, & cōstat ex supradictis, maxime dubio 3. & consequenter detractio tertiæ partis earum fructuum pro distributionibus subiecti sunt, ut in sequenti declaratione, super d. c. 3. sess. 22. Obtinentes in Cathedralibus & Collegiatis Dignitatem, licet vocem in Capitulo non habeant, nec distributiones quotidianas cum cæteris participet,

PARCIA  
de  
Bengf.

G VII  
18

residere tamen tenetur, & sic de detractio ipsius tertie partis fructuum est obnoxius, facit quod tradit Nauar. *conf. 6. n. 1. de verborum signific.*

Quod non procedit in obtinentibus Dignitatem  
482. ¶ quæ nullos redditus habet, nec Præbendam, licet eam expectent, nam interim non tenentur residere, nec fiunt obnoxij detractio tertie partis fructuum, cum eos non habeant, ad quod est declaratio S. Congreg. Concilij, quæ sic ait. *An obtinentes Dignitatem in Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis, sine Præbenda, quæ tamen destinata est ex certa celebratione distributionis interim, dum effectum illius expectant, teneantur residere? Cong. censuit negative, die 30. April. 1587. Conducunt tradita c. precedenti, à n. 41.*

483. Nec etiam procedit in Dignitatibus non habentibus sufficientes præbendas, seu fructus, sed tennes, nam licet obligare videantur ad residendum, non tamen locum habet detractio, ut in sequenti declaratione super d. c. 3. *sef. 22. ibi. Omnium Dignitatum, non comprehenduntur Dignitates, quæ, & si locum habent in choro, nullas tamen habent distributiones quotidianas, nec sufficientes præbendas, vel fructus tennes, quæ retineri possunt, cum Canonicatibus, ubi est consuetudo absque alia dispensatione, ut c. 1. de consuetudine in 6. nec illis unire Ecclesias Parochiales ad augendum fructus distributionum quotidianarum Episcopus potest.*

Septimo aduertendum est, quod pro congruis distributionibus assignandis aliquibus horis, quæ  
484. nullas, aut tennes habent distributiones, non est quicquid detrahendum à distributionibus, quantumvis pinguibus, cæteris horis assignatis, nec illæ sunt diuidendæ in alias horas, sed pro illis detrahenda est aliqua pars fructuum Præbendarum, iuxta decretum d. c. 3. *sef. 21. & ita censuit S. Cong. ut in declarationibus sequentibus. Prima Mediolanen. In illis Ecclesiis, in quibus distributiones non sunt regulariter tennes, sed pingues, licet sint aliqua hora, quæ non habet distributiones aut tennes, debent eis rationabiles assignari detrahendo aliquam partem fructuum à Præbendis, non autem ab aliis distributionibus cæteris horis assignatis. Secunda. Non licet ex decretis, *sef. 21. & sef. 22. c. 3. distribut. quotidianas, quæ certis dumtaxat horis Canonicis sunt assignate, diuidere in alias horas canonicas, quibus nullæ, vel adeo tennes constituta sunt distributiones, ut verisimiliter negligantur, sed sumenda est ex corpore uniuscuiusque Præbenda tanta reddituum portio, quanta satis possit sufficere ad distributiones attribuas illis etiam horis.**

485. Vnde in vna t. Abulen. S. Cong. sic respondit. *Congregatio Concilij censuit per grossam, quæ isthic lucrificiunt interefferentes quotidie vna tantum hora, non esse satisfactum Concilio *sef. 21. c. 3. & sef. 22. c. 3. Episcopus tamen non potest dictam grossam accipere, & in alias horas diuidere, quin potius ex reliquo corpore Præbendarum, si non omnino tertiam partem, saltem tantam portionem detrabere, quanta sufficiat ad constituendas distributiones, quæ singulis horis verisimiliter non negligantur.**

486. In qua declaratione t. S. Congregatio videtur supponere, & intelligere in dicta Ecclesia esse alias Præbendam distinctam à grossa, & illam grossam esse quādam pinguem distributionem pro illa hora constitutam, cum tamen reuera non sit alia Præbenda præter illam grossam, quæ lucrificat residendo, & intereffendo vna hora, nempe in feriabilibus, & simplicibus ad primam cum Missa, & in duplicibus, & semiduplicibus ad tertiam cum Missa maiori. Vnde ista grossa, quæ dicitur anniuersarium, est loco Præbendæ, & pro distributione quotidiana illius horæ, quæ

lucrificat anniuersarium, & grossa est certa quantitas, quæ dicitur morapetini anniuersarij, ultra aliam distributionem ordinariam tertie, & pitancias extraordinarias, quæ omnes reuera sunt satis tennes.

Et ex superioribus apparet distributiones esse ordinandas, t. & compartiendas per omnes horas, 487 & non per certas horas tantum, ut contra glossam *versicul. certis horis in c. clement. ut i. qui s. illi vero, de arate, & qualitate, & card. ibi questione 17. tradunt Cosmas in pragmatice sanctione. ut. quo tempore quisque debeat esse in choro, versicul. usurpat. & Probus ad Monachum in d. capite 11. de cleric. non resid. in sexto ex numero 31.*

Et alias etiam t. censuit S. Congregatio super d. ca. 12. *sef. 24. ibi. Statis horis, Congregatio censuit intelligi statas horas, id est omnes horas, quibus diuina celebrantur, licet glossa in Clementina, ut i. qui, & ibidem Cardin. Zarabella numer. 17. dicant, de iure posse fieri distributiones per certas horas.*

Pro quo etiam est alia declaratio, quæ ait, *Distributiones quotidianæ, t. quæ acceptæ fuerunt ex tertia parte fructuum Dignitatum alicuius Ecclesie assignari debent non duab. horis tantum Canonicis, sed etiam reliquis omnibus aliis, quibus non interfuerit, distributionem amittit.*

Octauo aduertendum est, t. quod pro lucranda  
490. tertia parte fructuum Dignitatum, personatum, & officiorum in distributiones conuersa, non potest Episcopus statuere aliam seruitij, & officij formam, præter solitam, nec noua onera imponere, ut S. Congregatio respondit Card. Borromeo his verbis, *Episcopus non potest Dignitatibus, personatibus, & officiis statuere certam officij, & seruitij formam præter solitam, pro lucranda tertia parte Præbendæ in distributiones conuersa.*

Nec obstant illa verba c. 3. *sef. 22. competens ibi seruitium iuxta formam ab eis d. Episcopis prescribendam, t. quia sunt intelligenda de forma ab Episcopis præscribenda circa seruitium solitum, aut circa Dignitates, quæ non consueuerant habere seruitium, & residentiam. Et ita erit accipienda declaratio Segobien. supra adducta, n. 198. ad octauum.*

Ultimo aduertendum est, t. quod etiam Dignitates, & Præbendæ, quæ sunt de iure patronatus, etiam laicorum, subiectæ sunt detractio tertie partis, ut S. Congregatio censuit in vna Mediolanen. his verbis, *Dignitates, quæ sunt de iure patronatus detractio nis 3. p. fructuum obnoxia sunt.*

Nisi repugnet fundatio, t. cui in d. cap. 3. *sef. 21. & 22. non est derogatum, ut Congregatio censuit.*

Vigesimo quinto dubitatur an obtinentes Dignitatem, Canonicatum, vel Portionem teneantur t. per  
494. se, & non per substitutum obire diuina officia suæ Dignitati, Canonicatui, vel Portioni incumbant, ut cantare Missas, Euangelium, aut Epistolam in suis hebdomadis, seu diebus.

In quo dicendum est teneri per se obire ex t. 495 Concilio *sef. 22. c. 4. & sef. 24. cap. 12. versicul. omnes vero de reform. & censuit S. Congregat. Concilij, ut in sequenti declaratione, An Canonici teneantur per seipsos cantare Missas in omnibus festis dominicis Aduentus, & Quadragesimæ, ad tantum solemnibus? Congregatio censuit, cogendos esse ad personaliter canendum Missam illis diebus quibus ex institutis & legitima consuetudine illius Ecclesie debent. & alias sic ait. Nec possunt per alios Missas canere maiores præterea, quod ipsi Missas dieb. solemnib. decantant, sed cogendi sunt ad personaliter canendum Missas illis diebus, quibus ex*

bus ex institutis, vel legitima consuetudine illius Ecclesie debent. Et in declaratione Segobien ad septimum adducta d. n. 198. & in declaratione 2. adducta supra, num. 186.

496 Et censuit & etiam S. Congregatio rituum, vt in declaratione sequenti. *Obtinentes Dignitates, Canonici, vel Portiones in Ecclesiis, praesertim Cathedralibus, cum iuribus, qualitatibus sint, Episcopo solemniter celebranti, aut Pontificalia exercenti, absistere ac vestibus sacris indutos eidem inservire, nec non munera eisdem Dignitatibus, Canonatibus, & Portionibus in decantatione Missae, Evangelij, Epistolae, & similium functione, praestatione incumbenti, & annexa, per se ipsos subire, & exercere iuxta sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini dispositionem ac cuiusque Ecclesiae particularem ordinationem, certum esse respondit sacrorum rituum Congregatio, quod si quando aliquis legitimo impedimento detentus ea per se ipsum adimplere non poterit, tunc alios eiusdem tamen Ordinis, & gradus, non autem inferioris, Dignitates nempe alias Dignitates, Canonici Canonici & Portiones respectu Portionarios in sua quique hebdomada, ne graduum, & ordinum prerogativa confundantur, deputare debet, idque per Episcopum opportunis remediis, etiam huius decreti vigore providendum fore censuit eadem Congregatio supplicante Capite, & alijs Ecclesia Abulensi Portionariis. die 18. Maij 1602. Ptolomeus Card. Comen.*

497 Alexander Gratianus pro Secretario Congregationis, Quam declarationem vidi authenticam, nempe manu d. Illustrissimi Cardinalis Comen. & d. Secretarii subscriptam, & sigillo eius Cardinalis munita.

Et idem statuit Concilium Prouinciale Compostellanum, sessione 2. decreto 18. nisi ex causa infirmitatis, & vel alia iusta causa, vt ibi & in concordia confirmata, & procedit, non obstante, quod sit factum statutum in contrarium, vt fuit inter alia declaratum per S. Congregationem in vna, Placentina 25. Iulij 1570. his verbis. *Si factum est aliquod statutum, quod Canonici possint inservire per substitutos, vel alternatim unus pro alio, non habeatur eius ratio, quia est contra Concilium, Et refert Zerola in praxi Episcopali. 2. p. vers. Canonici. §. 5.*

499 Procelit etiam, licet tante Concilium esset statutum, vel consuetudo, etiam immemoralis in contrarium, vt colligitur ex ipso Concilio, & supradictis, & ex declaratione Abulensi. adducenda dubio sequenti, n. 503.

Vnde qui in hoc notabiliter defuerint, seu negligentes & fuerint, peccabunt mortaliter, quamuis multi, praesertim dignitates obtinentes, id non obseruent, nec curent, quando imo indecens existiment subire huiusmodi onera incumbenti suis dignitatibus, praesertim in decantatione Evangelij, aut Epistolae.

502 Vigesimo sexto dubitatur, an obtinentes dignitatem simul cu canonatu, aut Portio. in eadem teneantur vtriusque Beneficij onera, & officia subire, & per se ipsos ita, vt non satisfaciant deseruendo personaliter in vno, & per substitutum in altero?

503 In quo dubio distinguendum est, quod aut dicta duo Beneficia habentur, tanquam separata, & de per se, aut sunt vnita; in primo casu certum est obtinentes dignitatem, cum Canonatu, aut Portione teneri vtriusque Beneficij onera, & officia obire per se ipsos, nisi seruitia eod. tempore concurrant ita, vt ab vna persona praestari nequeant. Et ita patet ex Concilio vbi supra. nam idem est in duabus ac in vno, & non est maior ratio de vno, quam de al-

tero. Et declarauit S. Congregatio Concilij in vna Seguntina, quae sic ait, *Obtinentes dignitatem, cum Canonatu, & aut portione tenetur per se vtriusque Beneficij onera subire, nec satisfaci, si in vna substituat, nisi seruitia simul ita concurrant, vt eodem tempore ab vna persona praestari nequeant.*

Et in vna Abulensi, quae sic se habet. *Illustrissime & Reuerendissime D. Pro parte Episcopi Abulensi. queritur, an obtinentes Dignitatem cum Canonatu, seu Portione in eadem Ecclesia, teneantur per seipsos vtriusque Beneficij onera subire ita, vt non satisfaciant Concilio deseruendo personaliter in Dignitate, & per substitutum in Canonatu, seu Portione, non obstante contraria Ecclesiae consuetudine? Episcopo Abulensi. Reuerendissime D. vni Fratri propositus fuit libellus S. Congreg. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum, qui cum his ad amplitudinem tuam literis mittitur, de obtinentibus Dignitatem cum Canonatu seu Portione in eadem Ecclesia, vt ex illo ipsa videbitur, Congreg. censuit, sic obtinentem teneri per seipsum vtriusque Beneficij onera subire, nec aliter Concilio satisfacere quam si personaliter vtriusque deseruiat, nisi tamen seruitia simul ita concurrant, vt ab vna persona eodem tempore praestari nequaquam possint. Porro facultatem substituendi in seruitio Canonici, quempiam alium Canonicum, qui eo tempore seruitio non sit obstrictus, existimauit minime illi denegandum esse, cessante fraude, & calumnia, quam Congregationis sententiam amplitudini tuae significandam duxi, vt illam pro suo munere obseruandam curet, cui optimam valetudinem precamur in Domino. Roma die 27. Iulij. 1585. amplitudinis tuae, vni Fr. A. Cardin. Currafa.*

Hoc autem in ista & declaratione dicitur de facultate substituendi alium eiusdem Ordinis, cessante fraude, & calumnia, videtur intelligendum, quando est impeditus infirmitate, vel alia iusta causa, vt d. Seguntina, & in dicta declaratione S. Cong. rituum supposita n. 496. & in d. decreto 18. Concilij Compostellani, & concordia confirmata, seu femel, aut iterum non ordinario, nam tunc esset fraus.

Et ita fuit resolutum in vna Burgen. seruitij. 28. Febr. 1594. coram t. D. Lita, in qua fuit dictum, quod secundum ius commune, & declarationem S. Congregationis eo ipso, quod Dignitates habent Canonici distinctos, tenentur ad omnia munera spectantia ad Canonicos, sicut e conuerso dicuntur in possessione omnium iurium Canonicalium, & ita dandum mandatum de manutenendo Capitulo in sua possessione, non obstante concordia confirmata in contrarium allegata, dum conuenerit super illius interpretatione, in qua etiam coram Domino meo Corduba Episcopo Pacen. 8. Iun. 1598. fuit resolutum, quod teneantur ad omnia onera, & seruitia debita dictis Canonicis, & Portionibus, nec obstat concordia.

In secundo casu, quando sunt vnita, idem dicendum est, si vnita sint inuicem aequae principaliter, nam tunc vtj duo Beneficia obtinentur, iuxta dicta infra vltima p. cap. 2. a numer. 37. si vero vnio facta est accessorie, & non aequae principaliter, tunc etiam idem dicendum est, si facta est ad vitam obtinentium dumtaxat, quia per istam vnionem ad vitam non extinguitur titulus Beneficij vniti, vt dicitur. d. cap. 2. n. 38. & facit declaratio S. Congregationis 13. supra adducta n. 179.

Sed, si Portio vnita sit dignitati perpetuo, & accessorie, & per viam incorporationis, tunc, quia per istam vnionem Portio desit esse Portio, & eius titulus, & effectus extinctus fuit, ac effectum est vnum tantum Beneficium iuxta dicenda dict. cap. 2. a

n. 12. obtinens dignitatem, cui sic est vnita Portio, nō tenebitur seruire tanquam Portionarius, nec subire onera alias competentia ratione Portionis.

509 Quod totum ita f. declaratum est per S. Congreg. Concilij his verbis, *Congregatio Concilij, si Portiones perpetuo vnite sint dignitatibus ita, ut Portionum titulo suppresso effectum sit vnum duntaxat Beneficium, non teneri eos, qui tales obtinent dignitates, ad aliud seruitium, quam suarum dignitatum, quod si absque suppressione tituli Portiones vnite sint dignitatibus ad vitam obtinentium, & alias vti duo Beneficia obtineantur, vtriusque Beneficij seruitia præstanda esse.* A. Cardinalis Carrasa.

510 Et quod habens dignitatem, cui est vnita Portio perpetuo accessorie, f. & per viam incorporationis, non teneatur seruire tanquam Portionarius, fuit resolutum in alia Burgen seruitij. Decani coram D. Lita, decimo tertio. Iunij 1594. vt in decisione sequenti.

*Domini resolverunt Decanum non teneri seruire tanquam Portionarium, quia Portio eo ipso, quod vnita fuit in perpetuum dignitati Decanatus per viam incorporationis, vt ex lectura vnionis factum fuisse apparet desit esse Portio, illiusque nomen, & effectus extinctus fuit.* Doct. in cap. cum accessissent, de constit. glossa in Clementina, per literas, de Præben. Ioannes Baptista de S. Severino in tract. de vnione articulo 8. quæst. 11. & sequenti, Oldra. consil. 157. numer. 15. & sequenti, Rota decis. vndecimo de rebus Ecclesiæ non alienan. in antiquis. Castad. decisio. decimatertia numer. 1. super regulis. Vnde, cum titulus Portionis, cuiusque effectus sit extinctus, non potest dici, quod Decanus, vti Portionarius, teneatur seruire cum non entis nullæ sint qualitates, & qualitates sine subiecto esse non possunt, nec ex eo, quod in vnione dicitur, quod per vnionem huiusmodi dict. Portio debitis non fraudetur obsequiis, sed eius congrue supportentur onera consueta, debet contrarium determinari, nam dixerunt Domini d. clausulam intelligi debere de oneribus, non competentibus ratione solius Portionis, sed de his, quæ extrinsece veniunt subeunda, cum, quæ competunt ratione solius tituli, cessent, de medio sublato ipso titulo per viam dictæ perpetuæ vnionis, ad textum in cap. cum cessante, de appellat. cum vulg. & huic interpretationi esse inhereendum dixerunt Domini, ne verba Papa facti eiusdem contradicant ad text. in l. 1. vbi scribentes C. plus valere, quod agitur. Et quod inductum fuit mediante vnione in honorem Dignitatis Decanatus, & augmentum eius, retorqueatur in diminutionem honoris, & Dignitatis illius, mediante seruitio sue Dignitati minime condigno, contra omnem rationem; debet enim omnis disputatio sano modo interpretari, & vt omnis contrarietas emittatur. cap. inter dilectos. §. cæterum, de fide instr. Bart. & alij in l. 2. §. creditum. ff. si certum petatur cum alijs per Aymon. conf. 148 numer. 19. lib. 3. præsertim, cum Ecclesia ex defectu dictæ Portionis in diuinis non dicatur pati aliquem defectum, vt notatur per Angelum in l. non alias. §. legatis, versic. in textu super. Castren. in eadem l. numer. 2. ff. de iudic. & per Bald. in rep. d. l. nu. 2. in 2. lectura.

511 In Canonicatibus vero vnitis, & annexis dignitatibus, etiam perpetuo, f. & accessorie diuersum existimo; nam, licet vnio facta sit accessorie, tamen non extinguitur titulus Canonicatus, sed vti duo Beneficia obtinentur, vt dicitur infra 11. p. c. 5. nu. 199. & sic vtriusque Beneficij seruitia præstanda erunt iuxta supradicta.

512 Vigesimo septimo dubitatur, an Canonici, & ob-

tinentes dignitates, vel Portiones, ita teneantur ad residentiam in Ecclesia, & choro, vt debeant etiam canere in illo sub peccato mortali, & obligatione restituendi distributionem, & fructus, an vero satisfaciant cum sola assistentia in choro, & horas priuatim recitando?

In quo breuiter dico primo, Canonicos ex sua institutione, & iure communi, teneri canere in choro sub peccato mortali, ita, quod si in hoc f. essent notabiliter negligentes, non excusarentur à peccato mortali, in quo videntur conuenire Abbas de Ferra. de horis Canonicis, num. 27. & 28. & a num. 55. Nauarrus de oratione, cap. 10. numero 47. & cap. 11. ad fin. & cap. 13. numero 17. & Miscell. 79. & consilio 13. de celebratione Missarum. Soto de iustitia, & iure libro 10. q. 5. articulo quarto ad medium, Sandoual. de officio diuini cap. 16. part. 6. Lud. Beia in responsis casuum conscientie casu 55. P. Nauarra de restitutione, libr. 2. cap. secundo ex numero 219. Aragon. secunda secunda questio. 83. artic. 12. Iacob. de Graffis, in decisionibus aureis casuum conscientie libro secundo cap. 51. numero decimo & cap. 52. numero 22. & cap. 53. numero quarto 5. & 21. Zechus de Republica Ecclesiastica, cap. 24. de Canonicis sub numero 6. & Agor institutionum moralium lib. 10. cap. 11. questione 5. & 7. qui ad id adducunt autoritates Conciliorum, facit capitulum, contumaces 50. distinctione, cap. 1. 9. distinctione cap. fin. 93. distinct. cap. 1. cap. dolentes, de celebratione Missar. & probatur ex S. Concilio Trident. d. cap. 12. sess. 24. ibi, *Atque in choro ad psallendum instituto hymnis, & canticis Dei nomen reuerenter distincte deuoteque laudare.* Et Consilio Compostellano actione 2. decreto 20. Concilio Bononien. ar. 6. de residentia. §. de his, qui ad residentiam tenentur, vers. itaque hi. ibi, *Singulis horis diuinis officiis attente reliquisque psallendo sic interesse debebunt.*

Dico secundo nihilominus ad lucrandos fructus & distributiones sufficere solum assistentiam in choro, etiam si non cantent, nec sint attentij, sed cum alijs loquantur, quamuis in hoc malefaciant d. c. docentes, & Clem. 1. de vita, & honestate Clericor. et si excessus fuerit notabilis, peccent mortaliter, c. licet. 3. 2. de Præben. ibi. *Quæ tantum residentibus in Ecclesiis, & his, qui intersunt horis Canonicis exhibentur, & capitulo vndecimo de Clericis non residentibus in 6. ibi. Qui eisdem officiis in ipsis Ecclesiis abfuerint.* Abb. in cap. cum olim. numero 6. de re iudic. qui ait, quod distributiones dantur respectu interesse diuinorum, non præcise respectu cantus, vel alterius obsequij, vt in dict. cap. 11. Barth. Medina in summ. lib. 1. cap. 14. §. 11. & Zechus sup. & videtur Toletus in summ. libro secundo 12. 4. dist. & ita videtur esse consuetudo & praxis Ecclesiarum.

Quamuis in hoc aliqui scrupulos iniiciunt, & contradicunt f. Sandoualcitans in margine Archidiaconi num. Ioan. And. & Dominicum n. 4. in c. alma mater §. adiciamus, de sententia excom. in 6. & Paulum Imolam, in d. Clem. 1. Nauar. Sotus, Beia, & Graffis, præsertim d. cap. 51. num. 12. & cap. 52. num. 22. vbi sup. & Summa Corona. 1. par. cap. 1. num. 93. Ioan. Baptista Corradus in resp. casuum consil. 9. 240. & Agor sup. 5. q. versic. quæ res. & questio. 8. & in p. m. P. Nauarr. & Aragon. supra, & P. Ledefina in summ. 2. part. tract. 9. cap. 4. ultima conclusio. 1. & 2. difficultate, dicentes, quod ad lucrandum fructus, & distributiones, requiritur aliqualis attentio, saltem externa corporis, hoc est, quod non scribant, vel confabulentur. & Lud. Lopez in instr. conscientie 1. tom. capitul. 246. Quem

Quem sequitur Vega in *sum. 1. par. cap. 128. casu 10.* dicens, quod illi, qui de ordinario, & frequenter concubantur in choro ad totas, vel quasi totas distributiones restituendas sunt obligati, & 2. *tom. capit. buti d. si. vbi* ait, quod tanta peruersio, & abusus potest in hoc casu interuenire, vt iuxta notabilem defectum, in hoc magis, vel minus iuxta maiorem vel minorem abusum teneantur aliquid restituere, & Man. Rodriguez in *sum. 1. tom. capit. 145. numer. 5.* Dicens, Canonicos domi recitantes, & assistentes in choro, non recitando, nec cantando ibi, teneri restituere distributiones, quasi totas.

Quibus non fauet, sed potius nostre sententiae constitutio 138 Pij. V. supra adducta *cap. praecedenti, num. 5. vers. tamen si*, loquitur enim de non recitante horas, nec in choro nec extra vt recte aduertunt Medina Lud. Lopez Nauarra, & Arragon. *supra*. Dico tertio, quod licet ex institutione officium Canoniorum sit horas Canonicas in choro canere, vt in *1. dicto*, tamen si de consuetudine à multis annis recepta, tollerata, & approbata, non videntur ad id teneri, dummodo habeant Capellanos, & ministros, qui eas cantent, nec sit in hoc defectus considerabilis, quae consuetudo, non videtur irrationabilis, sed tolerabilis. Ita docent P. Nau. Arrag. & Zechus *supra*. & sic procedit quod ait Caietan. in *sum. versicul. hora in fine*.

Sed dices consuetudinem istam iam esse sublatam per Concilium Triden. *4. cap. lib. 12.* dum dicit, quod omnes compellantur per se, & non per substitutos, obire diuina officia, atque in choro psallere. Nec satisfaciunt responsio P. Nauarri, & Arrago. *supra*, non dicere Concilium, quod Canonici teneantur obire officia per se, & psallere in choro, sed quod compellantur id facere, & sic praeceptum Concilij non dirigi ad ipsos, sed ad Praelatos, qui si eo negligentes essent, peccarent, non Canonici sua vtentes consuetudine: aiunt enim fuisse intentionem Concilij vt Praelati conuenientibus iuris remediis Canonicos compellendo eos ad pristinum psallendi morem, & priuam institutionem reuocarent, qua saluari, & antiqua consuetudine renouata, tunc deum tenerentur officium psallendo per se ipsos clicere sub mortali, & restitutionis onere.

Nam ista solutio, quae est verbalis tantum, conuincitur ex eo, quod Concilium dicendo, quod Canonici compellantur per se obire diuina officia, atque in choro psallere, vult eos ad id teneri, & dicit, quod ad id compellantur, tanquam ad rem, ad quam tenentur; compulsio enim, & executio praesupponit obligationem.

Vnde ad Concilium solum potest responderi, si non esse quoad hoc de cantu receptum, sed eandem consuetudinem etiam post illud durare, & esse continuatam, quia Episcopi non curarunt illud exequi facere, sicut & alia multa, & sic non obligare, ad tradita infra *11. p. c. 5. num. 150.*

Et nouissime Acor d. *lib. 10. cap. 11. 6. quest.* ait eiusmodi consuetudinem, vbi fuerit moribus vtentium recepta, valere, cum non sit contra ius nostrum, sed ius tantum canonicum, eamque consuetudinem, etiam post Concilium Triden valere, vbi moribus vtentium fuerit recepta, siue continuata post Concilium Triden. quoniam in hac etiam parte Concilij Triden consuetudo potest derogare, & hoc dupliciter, vel quia post illud introduci cepit, & deinde fuerit vsu confirmata, vel quia ante inuecta fuerat, & deinde etiam contra illud continuata.

Quod licet videatur probabiliter procedere, donec à Sede Apostolica, seu S. Congregatione aliud fiat declaratum habeamus, tamen in nostra Ecclesia Abulen. habet difficultatem, nam statuto 16. statuitur, quod Canonici, & Beneficiati adiungunt ad canendum, & statuto ultimo damnatur, & reprobatur omnis vsus, & consuetudo contra statuta in illo libro contenta recopilata, anno 1513. ita vt non valeat, nec possit introduci.

Vigesimo octauo, & ultimo dubitatur, an t. Canonicus suae obligationi satisfaciens, quod attinet ad residentiam, & seruitium chori, & Altaris, possit licite ordinarie abesse à Capitulis, seu Congregationibus Capitularibus. Et videtur posse, quoniam praecipuum, & particulare officium Canonici, & ad quod obligat S. Concilium, d. *cap. 12. vers. praeterea obtinentibus, est residentia, & seruitium Ecclesiae*, habere & dare vocem in Capitulo, potius videtur praeminentia, & fructus Canoniciatus, *glo. fin. in 6. 2. de integritate restitutione*, & ibi Butr. numero 44. & Abbas 21. Card. in Clement. 2. *num. 23. de etate, & qualitate*, & Felin. in *cap. cum olim, num. 2. de maiestate & obedientia*. cum aliis, cui ideo Canonicus potest cedere, quod secus est in Senatoribus, seu Rectoribus ciuitatum & aliis, quorum praecipuum munus est in Senatu, seu Concilio assistere.

Et quod habere, & dare vocem in Cap. si sit potius praeminentia, & fructus quam onus, videtur comprobari ex eo, quod solent Canonici ob culpas & delicta puniri in priuatione, seu suspensione vocis, vt in d. *Clemen. 2. vers. illi vero*, & videmus in praxi, & si esset onus, non deberent in eo directe puniri. Et facit pro hac parte quod docet *summ. Armilla, verbo electio, num. 20.* quod quilibet elector potest renuntiare voci suae, sicut iuri suo. Et quod docet Sotus *de iust. & iure, lib. 4. q. 6. art. 3. vers. postremum denique quod scholares*, qui sunt Electores Cathedralium, & non testes, possunt renuntiare iuri eligendi, nec possunt compelli ad suffragandum, nisi quandoq; Rectori, & Consiliariis, vel propter paucitatem, vel ad rescindendas alias fraudes ratio appareret, vt compellerentur, & sequitur D. Io. Gutier. *can. quest. lib. 2. ca. 11. num. 86. inde inferens num. seq.* licere Canonico renuntiare suo voto in electione facienda, vel aliis prouisionibus praecipue, cum hoc sit iusta causa, nempe, quia est dubius de maiori idoneitate eligendi, quia sunt plures expositores, & nescit quem eligere debeat, vel quia omnes sibi minus idonei videntur, nec Eccl. damnum inferat, vel alias iusta de causa, nisi, vel propter paucitatem eligentium, vel ad alias fraudes euitandas ratio dictaret, vt compellerentur à Capitulo suffragia ferre, iuxta dictam limitationem Soti.

Pro quo facit tex. in *cap. quia propter de electione*, ibi, & *volum.* ex quo verbo notat ibi Abb. *num. 4.* quod illi, qui nolunt interesse elect. non debent compelli, nisi interfit Ecclesiae, nec contradicit *glo. verb. reuocare, in cap. cum nobis, eodem tit. de electione* quicquid dicat Man. Rodr. *quest. regul. 2. tom. quest. 53. art. 10.*

Nihilominus in dubio proposito tenendum est contrarium, nempe non licere Canonico ordinarie abesse à Capitulis, seu Congregationibus Capitularibus. Et ratio est, nam, etsi munus, & officium Canoniorum praecipue consistat in seruitio, & residentia Ecclesiae, chori, & Altaris, consistit etiam in administrat. & gubernat. rerum Ecclesiae, & Cap. spiritualium, & temporalium, in quo ius, & bonum pu-

blicum versatur, *l. 1. §. huius studij, ff. de instit. & iure, ibi. Publicum ius in sacris, in sacerdotibus, in magistratibus, consistit.* Et sic currit eis obligatio assistendi Capitulis ad satisfaciendum huic muneri, & officio, ac providendam bono Ecclesie eiusque res tuendas.

530 Nec refert, quod huiusmodi administratio, & gubernatio incumbit Canonicis, & Capitularibus, non ut singulis, sed ut vniuersis, id est, ut pertinent ad Vniuersitatem Capituli, & sunt pars illius; nam ut parti Capituli, currit vnicuique prædicta obligatio, alias, si quilibet in particulari non teneretur assistere Capitulis, sed posset abesse, alij etiam posset id facere, cum non sit maior ratio de vno, quam de altero, & sic posset deficere bonum regimen Ecclesie, & Capituli.

531 Conducunt tradita per Illustrissimum & Cardinalem Paleotum, de sacri consistorij consultationibus 5. par. quæst. 8. in simili, de obligatione cardinalium assistendi Consistoriis, & per Villadiegum, de Cardinalibus, qu. 5. Albanum eodem tract. quæst. 10. & Hiero. Platum, de Cardinalium dignitate, & offic. cap. 28. & faciunt adducta per Curiam Pisana lib. 2. cap. 13. & Azueum ibi, & per Armillam, verb. consensus, num. 3.

Et hanc sententiam tenuerunt, & subscripserunt 532 & D. Io. Gutier. & M. Fr. Petrus de Ledesma consulti, & ad meam supplicationem ita censuit S. Congreg. Concilij, anno 1602. ut in declaratione sup. adducta, n. 424. ad n. 1. & 2.

533 Nec obstat ratio in contrarium adducta, & quod habere, & dare vocem in Capitulo potius videtur præminetia, & fructus Canonicatus, Respondetur enim dici præminetiam, & fructum ratione auctoritatis, & honorificentie, esse tamen onus iuxta dicta, sicut iudicare dicitur fructus iurisdictionis, seu officij, Rota decis. 1131. num. 2. lib. 3. par. 3. diuersorum. Mohed. decis. 5. num. 3. & 4. de appellat.

Ad probationem respondetur, Canonicos puniri in priuatione, seu suspensione vocis, quamuis sit onus, quatenus est res præminetia, & auctoritatis, & quæ solet appeti, & æstimari, sicut etiam Episcopi solent suspendi ab execut. Pontifical. & Parochi ab officio; facit quod tradit Suares. 5. tom. de censuris disp. 12. sect. 2. numer. 14. & disp. 27. sect. 1. numer. 5.

Ad doctrinam Armillæ, Soti, & Ioannis Gutierrez & ubi supra, Respond. illam procedere in vno, vel altero actu electionis, sed non ordinarie. Et ita respondit idem D. Io. Gutier. in d. cons. quamuis Paleotus supra dicat Cardinalem absentie suæ à sacro Consistorio, quamuis etiam vnus diei rationem Deo redditurum esse, propter auctoritatem scilicet Papæ illud indicentis, grauitatemque tanti Consistorij & rerum quæ in eo aguntur.

Et etiam in vno, vel altero actu electionis non 535 procedit & illa doctrina, quando propter hoc auctoritas providendi remanet apud eos, qui carent zelo, ut per eundem Armillam dict. verb. consensus, numero tertio & cum eo Vegam in sum. 1. par. c. 98. cap. tertio.

537 Prædicta tamen sententia, & resolutio limitatur primo, ut non procedat, stante legitimo impedimento, aut alia iusta causa ad non assistendum Capitulis, tanta enim causa potest concurrere, ut ab illis iustissime quis excusetur, etiam ordinarie, ut si in capitulis esset tanta perversio, & procederetur ita male, & ex abrupto, sine lege, ordine, & modo, ac cū

tirannide, violentia, & insolentia Præfidentium, & potentiorum non habentium aliam legem, aut rationem, quam suam voluntatem, & gustum, ut qui vellet suæ satisfacere conscientie, & illam exonerare, non posset id facere sine magnis molestiis, inquietudinibus, & occasione ordinariis, ac etiam periculo aliquando cadendi, aut sine magna nota singularitatis, proteruit, ignorantieque, maxime ubi nota feruntur publice; quod in Capitulis est perniciosissimum, & perversio maxima, & regulariter votum illius prodesse non speratur, quia per fas vel nefas omnia sunt prout volunt Præsidentes, & Potentiores, quos plerique ob humanos respectus, aut ignorantiam sequuntur, nec audent contradicere, quibus damna, & male gesta imputabuntur, ac Prælati etiam, qui non curant id euitare, & cauere, ut tenentur ex officio, dando debitum modum, & ordinem notandi, & procedendi, ac etiam congregandi. Cap. Congregantur enim passim, & non legitime, ac faciendo seruari iura, & faciendam resistentiam insolentiam potentiorum, illorumque excessus castigando, interessendoque aliquando Capitulis, de quo rationem Deo sunt reddituri, sicut de aliis etiam omissionibus, & negligentis.

Et ratio huius limitationis est, & nam durum esset 536 & valde graue, obligare aliquem ad assistendum Capitulis cum tanto incommodo, & periculo, & ad opponendum se, & faciendam resistentiam semper torrenti Capituli, & cuiusdam communitatis barbaræ, seu ignorantis, ubi nullus ordo.

Sed dices, non erit Ecclesia, in qua ita procedatur, nam quando Potentiores, & Capitulares id velint, Episcopus non permittet: ergo vero & dico, 539 quod vti iam ita esset, sed pro dolor, tanta est negligentia in Curia, aut suæ obligationis ignorantia multorum Episcoporum, ut id facile possit contingere, & de facto contingat, non enim visitant Ecclesias Cathedrales, & Capitula, & si visitant, non ut debent, sed superficialiter, & propter formam, ut dicunt, & apparentiam, ita, ut melius esset non visitare, nec alias provident his malis, etiam si de eis sint certi, & admoniti, & tota eorum Cura, & Officium resoluitur in ponendo Vicario, & Visitatore, & vti nam bonis, & in providendo consanguineis suis, & familiaribus de Beneficiis, voluntque frui magnis redditibus Episcopatus, & eos comedere sine molestia in pace, & requie, quæ non est vera pax, & requies, ipsique Episcopi, præsertim Hispaniæ, nunquam visitantur, nec in hoc Mundo aliquando reddunt rationem villicationis suæ, nec ab eis exigitur, quasi sint confirmati in gratia, & habeant scientiam infusam.

Oporteret quidem meo iudicio mitti aliquando 540 visitatores Apostolicos, viros grauissimos, doctissimos, & integerrimos, qui exacte visitarent Episcopos Hispaniæ, eorumque officiales, & ministros, & Ecclesias, præsertim Cathedrales, & Capitula ac loca, & opera pia eorumque bona, quod Rex noster Catholicus deberet procurare, & supplicare S. D. N. Papæ.

Secundo limitatur, & ut non procedat, quando 541 quis abesse à Capitulis in diebus suis recreationis causa concessis, licite enim potest Canonicus sumere suos dies absentie, in diebus Capituli, ut alias per S. Congreg. fuisse declaratum è Roma mihi scriptum est, cum nec Concilium, nec statuta, aut consuetudo id prohibeant, nec limitent, ne in diebus Capituli sumantur.

Nisi

<sup>543</sup> Nisi sciret, aut intelligeret, quod in talibus diebus agendum esset in Capitulo de aliquo negotio graui, & importanti, quod verisimiliter posset resolui in præiudicium Ecclesiæ, nam tunc teneretur assistere illi Capitulo, & dicere suam sententiam, & votum; ad Azevedum in Curia Pisana li. 2. c. 8. & ita tenuit D. Io. Gutierrez in d. conf. relato, addens, quod in casu huius sublimitationis teneretur assistere Capitulo, & dicere suam sententiam, & votum, quamuis intelligat, quod non proderit. Quod tamen mihi durum videtur, nam propositum, quod Canonici possint sumere suos dies in diebus Capituli, grauias, & importancia negotij non videtur obligare ad assistendum Capitulo, nisi simul ad aliquid spes, aut verisimilitudo, quod suo voto possit prodesse, argumento eius, quod dicitur de correptione fraterna.

<sup>545</sup> Verum post hæc scripta S. Cong. ad meam instantiam absolute declarauit, Canonici non posse sumere suos dies in diebus Capituli, nisi de industria id faceret, vt in declaratione infra adducta, num. 559. aduertitur.

<sup>544</sup> Tertio limitatur, vt non procedat, quando abesset quis à Capitulo, quod sit tempore, quo diuina officia in choro celebrantur, & interesset illis stante statuto, seu consuetudine permittente stare in choro tempore Capituli, vt est in hac Ecclesia Abbat. statutum 40. quod ait, quod nullus sine licentia Præsidentis possit exire de Capitulo, antequam finiatur, sub pœna amittendi quitantiam duorum morapetitorum pro Præbenda, quæ ibi lucrifit, saluo si iuerit ad chorum, & dixerit sic Præsidenti; quod statutum à fortiori permittit eum, qui non est ingressus Capitulum, manere in choro, in quo tunc temporis dicuntur officia, absque eo, quod vadat ad Capitulum, nec refert, quod tunc non dicat Præsidentem, quia id solum requiritur in exeunte à Capitulo, vt det rationem sui exitus, & quia turpius. Nam istud statutum non videtur contra ius, nec contra rationem, cum officium Canonici præcipuum sit seruitium chori, & Ecclesiæ, & sic ille est excusatus legitime, cum sit occupatus in suo officio principali sicut qui est in altari. Et quamuis in d. Ecclesia sit postea facta quædam ordinatio Capitalaris, quod qui est in Ecclesia, & non intrauerit in Capitulum, mulctetur certa pœna, etiam si sit in choro, tamen d. statutum non potuit alterari per solum Capitulum sine Episcopo, tum quia factum est ab Episcopo, & Capitulo simul.

<sup>546</sup> Tum quia respicit statutum Ecclesiæ, & in quo Capitulum solum non potest statuere, cap. cum consuetudinis, de consuetud. gloss. verb. statutum, in c. 2. de verbor. signifi. in 6. communiter approbata per D. ibi, & in cap. cum omnes de constit. vbi Felin. nu. 9. & apud probata per Rotam in multis causis. Quæ limitatio maxime procedit in Capitulis extraordinariis, ex decreto Concilij Prouincialis Compottellani, actione 2. decreto 7. vbi statuitur, quod extraordinariæ Cōg. Capitulares non fiant tempore, quo vel Missa, vel consueta officia in choro celebrantur, qui vero talibus interfuerint, stipendio illis horis, quæ interim dicuntur assignato, tenore huius decreti priuati sunt.

<sup>548</sup> Imo absolute dicendum est, & non posse fieri Capitula tempore, quo diuina officia, & præsertim Missa maior, celebrantur, & consequenter non teneri quem, nec licite posse tunc interesse capit. vt tenet Fuscus de visitatione, lib. 1. c. 15. nu. 27. arg. c. placita se-

cularia, 15. qua. 4. c. de decet, de immunitat. Eccles. in 6. & clare sentit Nauar. infra relatus, n. 560.

Et ratio est, quia qui de altari viuunt, eos altari inferuire oportet, decetque illos prius diuino cultui, quam temporalibus negotiis vacare, vt inquit Sanctiss. clemens VIII. in Breui infra adducto, n. 558.

Præterea clarum est, quod capitula, & congregationes capitulares sunt propter seruitium Ecclesiæ, chorum, & cultum diuinum, ac ad illius conseruationem, & propagationem, & non è conuerso, ergo illa fieri non debent cum damno, & detrimento seruitij Ecclesiæ, chori & cultus diuini; nam induta ad vnum effectum non debet operari contrariū, l. legata inuoluit. ff. de aliment. legat. cum aliis, & propter quod vnumquodque tale, & illud magis, vt inquit Philosophus.

Rursus clarum est, quod officium magis principale est officium chori, & cultus diuini, quam officium assistendi capitulis; officium autem magis principale non debet cessare propter minus principale, sed potius è contra, vt postulant ratio, & debitus ordo.

Et ita conciliū Basiliense, sess. 21. & decreto penul. 550 prohibet, vt tempore Missæ maioris capitula, seu actus capitulares, aut alij tractatus per canonicos non celebrentur, nisi forte vrgens, & euident ingrueret necessitas, quod decretum acceptauerat Ecclesia Gallicana, vt in pragmatica sancti. rir. de tenentibus Capitula tempore Missæ, vbi Cosinas verb. celebrantur, assignat rationem, quia tunc debent interesse diuino seruitio.

Et in concilio Prouinciali & colonien. celebrato anno 1536. par. 3. cap. 18. statuitur, quod Quotidiani Capitulorum conuentus, aut matutinus sub summam Missam, aut statim post illam, seruandi sunt, ne ob illos diuinum officium, vel suspendatur, vel precipietur, vel denique ab ipsis canonicis negligatur, debet enim Dei causa omnibus aliis anteponi. Et concilio Prouinciali Treuer. celebrato anno 1549. decreto, quo tempore quilibet in choro esse debeat, ad fin. sic habetur, Statuimus in super, & ordinamus, vt deinceps Capitula, actus, & tractatus capitulares tantum profectis, seu ferialibus diebus teneantur, sed nec in iis sub Missa, vespersis, aut completorio indicantur, aut teneantur, quinimo, vt omnes Missæ intersint, districte mandamus, in aliis vero, si subsistere vrgens necessitas, aut euident Ecclesiæ utilitas postulet, vt Capitulum teneatur, Decanus indicabit dilationem, seu moram Capituli, & actuum Capitalariū, non carere periculo, & propterea sub prædictis horis tractandum, & agendum esse, & si in his secus actum fuerit, tam indichentes quam interequentes residentia, & presentia pro illa vice carebunt, quinimo vbi absentes his horis repuehantur.

Et in synodo Prouinciali Moguntina eod. anno 1549. celebrata cap. 72. ita dicitur canonicos vero per actus capitulares ab ingressu chori, quamdiu Capitulis intersunt, & non diutius, excusari volumus, in qua re Decanos Ecclesiarum, aut quibus ea cura pro tempore incumbit, mouemus eisdem præcipientes, ne extra necessitatem Capitula indicant in eam horam, qua diuina officia peraguntur, cum possint, aut matutinis, aut ferius Capitula haberi, vt ipsi etiam Prælati, & canonici diuinis officiis commodius interesse queant.

Et in concilio Prouinciali Mediolanen. primo anno 1565. celebrato rir. de iis, qui Dignitates, personatus, aut canonicatus habent ad si. sic habetur Canonici, quo tempore diuina officia celebrantur, non ha-

teant capitula, nisi fortasse aliter evidens necessitas postularet, qui contra fecerint, distributionem ne capiant eius hora, in qua id commiserint, neque etiam diebus festis Capitula habeantur, nisi probabilis causa intercesserit.

557 Et tandem, quod non possint fieri Capitula, dum celebrantur divina officia, fuit declaratum per S. Congregationem Concilij, ut è Roma mihi scriptum fuit, & etiam per S. Congregationem rituum de anno 1601. in vna Vlisbonen. qua cautetur, quod Capitula non possint celebrari tempore, quo horæ diuinæ celebrantur, sed solum peractis horis, & diuinis officiis, & præsertim Missa maioris, sub pena amissionis distributionum. Et confirmavit, & declarauit Sanctissimus Clemens VIII. per suum Breue datum 18. Ian. 1601. quod sic ait. *Clemens. Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Decet Romanum Pontificem in his auctoritatem suam interponere, per quæ diuini cultus mantentioni opportune consulitur, prout in Domino salubriter conspicitur expedire, cum igitur, qui de altari viuunt, eos altari inferuire oporteat, debeatque illos diuino cultui prius, quam temporalibus negotiis vacare, nos quibus nuper innotuit in Vlisbonen. & aliis forsan Cathedralibus, seu Metropol. & Collegiatis, Ecol. inter dum Capitula, Congregationes tractatus, & actus Capitulares per Canonicos, & Capitulum ipsarum Ecclesiarum eo temporis spatio, quo diuina officia, & Missa maior celebrantur, fieri solere cum non modica diuini cultus, propter ministrorum subractionem, diminutione, hinc incommodo, quantum possumus occurrere volentes, ex voto venerabilium Fratrum nostrorum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium super sacris ritibus, & ceremoniis deputatorum huius serie declaramus Capitula, Congregationes, tractatus, & actus Capitulares per Canonicos Metropolitanarum, Cathedralium, & Collegiarum Ecclesiarum, peractis diuinis officiis, & præsertim Missa maiori, ne diuini cultus propter ministrorum subractionem minuat, habendos esse, quod si dum Missa, & alia diuina huiusmodi officia celebrantur, aut hora Canonicæ recitantur, Capitula habere voluerint, nisi forte vrgens aliqua, & evidens necessitas id postulauerit eius horæ, in qua id commiserint quotidianas distributiones minime leuare debere, atque ita, & non aliter per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores indicari debere, atque irritum & inane quicquid secus super his, à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa venerabili fratri Archiepiscopo Vlisbonen. atque dilectis filiis causarum cameræ Apostolicæ generali Auditori, nec non spoliatorum, & iurium cameræ Apostolicæ nostræ debitorem in Portugalia, & Algarbiorum Regnis Collectori generali, per presentes committimus ipsi, & mandamus quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum presentes literas, & in eis contenta quacunque, ubi & quando opus fuerit, quoties pro parte aliquorum interesse habentium requisiti fuerint per se, vel alios solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra easdem presentes ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, inuolabiliter obseruari, contraditores, quoslibet per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliæque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, innocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis, non obstantibus permissis, atque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, atque earundem Ecclesiarum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus privilegiis quo-*

que indultis, & litteris Apostolicis illis, & earum Præfatis Capitulis, & personis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, quibus omnibus, & singulis eorum tenores presentibus, pro expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscunque. Dat. Romæ apud S. Petrum die 18. Ianuarij 1601. Pontificatus nostri anno 9.

Nec aduersus istud Breue, & supradicta inuat 558 dicere, quod non sit in Hispania receptum, nam cum non inducat ius nouum, sed declarat, quod secundum rationem, & rectum ordinem debet fieri, contrarium vsum & consuetudinem, tanquam irrationabilem, & in diminutionem diuini cultus reiiciendo, nil refert, quod non sit receptum, sed nihilominus debet seruari, & recipi iuxta dicta infra n. pa. 6. 5. à n. 161.

Et ita nouissime post hæc & scripta S. Congregat. Concilij declarauit ad meam instantiam, anno 1605. 559 vt in sequenti declaratione. Illustissimi & Reuerendissimi domini. In Ecclesia Abulen. sæpe sunt Capitula, & habentur Congregationes Capitulares tempore diuinorum officiorum, & dum horæ, & etiam Missa maior celebrantur, iuxta statuta, & antiquam consuetudinem in hac Ecclesia, & in Hispania hæcenus obseruatam, est etiam in hac Ecclesia ordinatio Capitularis, siue statutum, quod Canonicus, seu Capitularis, qui fuerit in Ecclesia, & non intrauerit Capitulum, multetur certa pena, etiam si sit in choro in diuinis officiis. Quibus sic statutibus supplicatur Illustriss. & Reuerendissimis DD. vestris pro parte Licentiatu Nicolai Garcia dicti. Ecclesiæ Canonici, declarari, an nihilominus Canonicus seu Capitularis possit licite à Capitulis abesse, stando in choro, nec propterea possit multari? Secundo, an possit, etiam si velut interesse Capitulis, quæ sunt tempore diuinorum officiorum, supposito quod sunt, & satisfacias sue obligationi, & faciat fructus suos, qui in illa hora lucrum? Tertio, an Canonicus, seu Capitularis possit licite sumere suos dies absentie, seu recreationis in diebus, quibus sunt Capitula, & sic ab illis abesse etiam si fiant extra tempus diuinorum officiorum, rursus in Sancto concilio Trident. sess. 5. de refor. cap. 1. decretum est, quod docentes sacram scripturam, seu Theologiam, dum publice in scholis docuerint, gaudeant privilegiis de perceptione fructuum Prebendarum, & Beneficiorum suorum in absentia dubitatur, an id non solum procedat in habentibus Cathedrali, seu stipendium, sed etiam in docentibus gratis, & sine ullo stipendio, ut dicitur declaratum ad instantiam Vniuersitatis Compluten. & in vna Gienen? Et an idem sit in docentibus ius Canonicum, & an requiratur licentia Ordinarij, aut approbatio Vniuersitatis? Cong. Concilij ad primum respondit, Congregationes huiusmodi Capitulares habendas non esse eo tempore, quo diuina officia celebrantur, nisi causa aliqua vrgens eas in aliud tempus non pateretur, quod si hæ Congregationes absque causa prædicta tempore celebrationis diuinorum habita fuerint, Canonicum iure ab his, ut choro interfu, abesse posse, nec propterea esse multandum. Ad secundum, non posse, iuxta responsum ad primum. Ad tertium posse, nisi de industria id absentia tempus eligeret, quo habende sunt huiusmodi privilegia gaudere, quamuis ius Canonicum doceant, & ab Episcopo licentiam non obtinuerint, dum tamen conducti sint ab Vniuersitate.

P. Emilii card. S. Marcelli.

Quam

Quam declarationem authenticam habeo.

560 Imo amplius ait Nauarr. *de oratione. cap. 12. numer. 5.* non esse utile, imo potius damnosum, Capitula tenere ante horas interim dum aduenit hora recitandi eas, ut iis inceptis egrediantur a Capito. & ingrediantur chorum, datur enim per id occasio, ut Canonici prius quam mentes affectibus carnalibus, & secularibus in Capitulo conceptis exuantur, propter antea intrent chorum, cum aliis iam cepta profecturi. Dices, quando ergo celebranda sunt Capitula? respondetur, quod tempus commodum, & opportunum ad ea celebranda, est post Vesperas & Completorium, ut Romae sit, tunc enim cessant omnia supradicta, conuenientia, vel mane post finitum officium.

560 Quamuis ad electiones Canonicatum, quae fit per concursum, & raro, ubi solet praemitti Missa de Spiritu sancto, videatur, posse tolerari fieri etiam dum diuina officia in choro celebrantur.

Vnde, quamuis alias S. Cong. Concilij super c. 6. 561 sess. 25. de reform. declarauerit, quod illo decreto Concilij non prohibetur Capitulum, quominus suo arbitratu conuocari possit, etiam si nulla Episcopi voluntas accesserit, tamen id intelligendum est, dummodo congruo, & debito tempore congregetur, & non tempore diuinorum officiorum, iuxta dicta.

564 Sed stante d. Breui est difficultas, an acta, & gesta in Capitulis, & Congregationibus tempore diuinorum officiorum celebratis sint nulla ex decreto irritanti ibi posito? Cui respondetur, non esse nulla, nam cum istud Breue solum declaret non licere facere capitula tempore diuinorum officiorum, & alias amittere distributiones eius horae, ad id referendum est decretum irritans, tanquam accessorium, ad Mandatum *conf. 3. ex num. 11. & decisionem Rotae in causa Virdunen. canonicatus 19. Iun. 1595. coram illustrissimo Pamphilio infra adductam 5. par. cap. 3. nu. 44.*

565 Quamuis, si in capitulo, & tunc facto non adessent duae saltem partes Capitularium, non valerent acta, si alij absentes, quod eo tempore diuinorum officiorum fiebat capitulum, iuxta dicta sequenti limitatione; cum enim isti non tenerentur tunc adesse, imo deberent abesse capitulo, non poterant dici contumaces, quantumuis essent vocati, secus, si non absentes ob eam causam, de qua forte non curant, nec meminerunt, prout curare non solent, quia non seruatur dict. Breue, sed alias ob aliam causam.

566 Infertur autem ex d. Breui, & dictis, non licere etiam fieri congregationes particulares commissariorum capituli, nec occupari Beneficiatos in negotiis, & rebus Ecclesiae, (quae alias commode fieri possunt) dum diuina officia celebrantur, quamuis oporteret alias eis constituere aliquod stipendium, seu salarium.

567 Et ideo in concilio Prouinciali compostellano, *Ali. 2. decret. 22* statuitur, quod illi, qui ad gerenda in communi negotia deputantur, à diuinis officiis exempti non iudicentur. Quod tamen totum, tam è contra sit, ut potius negotia, & commissiones referuari soleant in tempus diuinorum officiorum ut excusentur ab eis.

568 Infertur etiam non licere facere rationes, & computa bonorum, & reddituum mensae, vel fabricae, dum diuina fiunt, saltem mane, & ideo merito in Concilio Prouinciali Toletano, *actio. tertia. decret. duodecimo.* statuitur, quod canonici, qui ad exami-

nandas rationes reddituum, vel Ecclesiae, vel capituli deputati fuerint, post meridiem, non ante eadem muneri incumbant, ne à diuinis officiis abesse cogantur.

Vnde à fortiori apparet, & esse manifestum abusum & corruptelam, quod Beneficiati ad rationes deputati, habeantur pro praesentibus, & interessentibus in choro horis Vespertinis, & diebus, quibus rationes non fiunt, dum non sunt absolutae, & subscriptae, qui reuera non excusantur, nec lucrantur distributiones & fructus, qui tunc lucrifunt. Apparet etiam maiorem esse & abusum, & quidem intolerabilem, qui in aliquibus Ecclesiis seruatur, quod canonici, & Praebendati possint è choro exire, dum missa de prima, sexta, & nona, mane celebrantur, modo ad finem redeant, atque huiusmodi consuetudinem, tanquam iniquam, & irrationabilem improbat Palud. *in 4. dist. 1. q. 5. artic. 3. 9. concl. & couar. lib. 3. varia. c. 13. n. 8. ad fi.* & reuera est contra concilium Trid. *d. c. 1. sess. 24.* & alia concilia volentia Beneficiatos stare in choro, dum diuina officia fiunt, nec isti, qui sic exeant, vere lucrantur distributiones, & fructus, qui tunc lucrifunt.

Quarto limitatur, ut non procedat, ubi Capitulum non conuocatur legitime, verbi gratia, est consuetudo, sed ut melius dicam abusus, saepe congregandi capitulum extraordinarium cum iis solum, qui pro tempore reperiuntur in Ecclesia, non vocatis, qui sunt extra Ecclesiam, etiam pro rebus grauibus, & momenti.

Quod est contra ius commune, ex quo vocandi sunt omnes, qui sunt in loco, seu ciuitate. *l. 2. C. de decurionibus sub. 10. Abb. in ca. cum omnes, de constit. n. 6. & ibi Felin. n. 21. & Decius 41. prima lectura, 1. & Azueto in Curia Pisana lib. 2. c. 5.*

Et alias non valet & actus capituli, etiam sine reclamatione contemptorum, nisi saltem conueniant duae partes vocandorum. *l. nulli, si quod cuiusque vniuersitatis nomine. l. 3. ff. de decretis ab ordine faciendis. l. nominationum. C. de decurionibus lib. 10. Abb. supra num. 11. & in ca. 1. de his, quae fiunt à maiori parte Capituli. n. 16. Felin. in d. ca. cum omnes, n. 33. & Decius nu. 51. Azueto in d. Curia Pisana lib. 1. cap. 2. num. 5. & 6. dicentes communem opinionem canonistarum & Legistarum.*

Et etiam contra & statuta huius Ecclesiae Abulen. quibus statuitur, quod non possit fieri capitulum extraordinarium, nisi omnibus vocatis, dicendo negotium, ad quod vocantur, alias actum sit nullum.

Vnde ex statutis huius Ecclesiae videtur esse nullum actum in huiusmodi capitulis, quae fiunt non vocatis sic omnibus, etiam si conueniant duae partes capitularium.

Et licet non valeat statutum, quod electio, & seu collatio facta aliquo contempto sit ipso iure nulla, quia est contra ius, *cap. quod sicut, de election. cum in Ecclesiis, de praeben. in 6. Felin. in cap. quod super his, num. 9. de maior. et obed. Botteus de Synodo. 3. part. art. 1. n. 67. Rota in Toletana canonicatus infra adducta, 5. part. cap. 4. num. 16. ibi valet tamen statutum quod contractus, & alia negotia Ecclesiae facta, non vocatis absentibus, non valerent, Felin. d. numer. ad fin.*

Quinto limitatur, ut non procedat, quando vocarentur tempore insolito, vel incongruo, quia tunc non tenerentur venire ad capitulum, ut per Paninum *de offic. & potestate capituli, Sede vacante, praesidio. 5. nu. 11. qui ait, quod, si vocati ad capitulum, non ve-*

nirent, valebit quod faciunt presentes secundum Innoc. & Ioan. And. & Felin. *supra* num. 34. in d. cap. cum omnes, non tamen poterit is, ad quem spectat Congregatio Capituli, multare nolentes venire, ut dicit Abb. in c. quæsiuit, de his, quæ sunt à maiori parte Capituli num. 3. cum Innocentio in cap. 1. de maiori etate. & obediens nec possunt grauari ad veniendum tempore insolito, vel incongruo, & sic non ad voluntatem Superioris, sed prout est consuetum, secundum Butrium in c. is qui, de maiori etate & obediencia. Hæc Paulinus.

## CAP. III.

## De professione fidei.

## SUMMARI.

**P**rouisi de quibuscumque Beneficiis curam animarum habentibus in manibus Episcopi, vel Vicarij, & prouisi de Canonicatibus, & Dignitatibus, etiam in Capitulo professionem Fidei facere tenentur, numer. 1.

Fidei professio facienda etiam est à promouendis ad Episcopatus, & Dignitates consistoriales, nu. 2. & à promouendis ad Doctoratum, vel alium gradum, & à professoribus, seu lectoribus alicuius scientiæ, vel artis iuxta constitutionem Pij IV. nu. 3.

Ista constitutio non videtur recepta in Hispania quo ad professores, seu Lectores, nec quo ad gradum Baccalariatus, nec etiam bene quoad gradum licentiæ, nec quo ad processum, seu informationem, de qua ibi. numer. 4.

Professio Fidei fieri debet iuxta formam traditam à Pio IV. quod id extendit ad quoscumque Prælatos regulares, nu. 5. & 6. quod videtur debere intelligi de Prælatiis perpetuis nu. 7.

An prouisi de dictis Beneficiis ante Concilium tenerentur facere professionem Fidei? n. 8. ubi resoluitur, quod, si post Concilium cepissent possessionem, tenerentur eam facere, idem etiam, si haberent possessionem ante Concilium nu. 9. & 10.

An ista obligatio emitendi professionem Fidei extendatur etiam ad Canonicos, seu Dignitates in Ecclesiis Collegiatis? n. 11.

Prouisi in Collegiatis, aut de Portionibus etiã in Cathedralibus, & si de consuetudine Portionary habeat vocem in Cap. aut sint de Capitulo, vel de Beneficiis simplicibus, non tenentur facere professionem, contra Zanolam n. 13. & 14.

De personaribus, & officiis Cathedralium idem dicendum quod de Dignitatibus, n. 15.

Ista obligatio habet locum in Canonicis regularibus Ecclesiarum Cathedralium, n. 16.

An, qui semel emisit professionem Fidei in adoptione Parochialis, vel Canoniciatus, teneatur eam emittere in adept. alterius? n. 17. & 18. resoluit, quod sic.

An isti teneantur sponte, & absque monitione se offerre ad professionem faciendam? n. 19. & 20. resoluitur affirmatiue.

An Canonici, etiam exempti, teneantur emittere professionem etiam in manibus Episcopi? n. 21. resoluitur affirmatiue.

An fieri possit professio Fidei coram Vicario Episcopi, eo non impedito? numer. 22. & 23. resoluitur affirmatiue.

An, si prouisi de Dignitatibus, vel Canonicatibus fecerint professionem Fidei in Capitulo, præsentè Episcopo,

seu Vicario, satisfaciunt absque eo, quod eam iterum faciant coram Episcopo, vel Vicario? nu. 24. resoluitur affirmatiue.

An, sede Episcopali vacante, satis sit prouisum de Canonici vel Dignitate facere professionem in Capitulo, etiam si ibi non adsit Vicarius Capituli? n. 25. cum segg. resoluitur non satis esse.

Prouisus de Beneficio curato debet facere professionem coram Vicario Cap. sede vacante, & non coram Capitulo, n. 28.

An, qui intra duos menses professionem non emisit, teneatur eam postea eam emittere? & resoluitur quod sic, nu. 29. quæ professio facta post duos menses, non prodest ad querendos fructus temporis præteriti amissos, sed futurum, non tamen sunt amissi fructus illorum duorum mensium, n. 30. & 31.

An, terminus duorum mensium currat prouiso, qui non accepit possessionem, stat tamen per eum? & resoluitur, quod non, n. 32.

Verba Concilij, nec illis possessio suffragetur, solum intelliguntur ad effectum acquirendi fructus, numer. 33. & 34.

An qui non fecerint professionem Fidei, teneantur in conscientia fructus restituere, etiam non interveniente aliqua sententia? & resoluitur, quod sic numero 35.

Cui sint assignandi, & applicandi fructus amissi, ob non factam professionem? n. 36. cum segg. resoluitur fructus Parochialium applicandos esse Ecclesiæ, vel pauperibus loci, fructus vero Dignitatum habentium fructus separatos à mensa Capitulari, fabrica Ecclesiæ, vel alteri pio loco, fructus vero Canoniciatum, & Dignitatum habentium fructus in mensa, ad Capitulum spectare.

Super fructibus debitis Capitulo non potest qui cu n eo se componere, nam administrator non potest donare, n. 44. cum segg.

An debentes facere professionem Fidei teneantur illam ostendere? n. 45. cum segg. resoluitur, quod, si priuatus ageret contra aliquem, ut priuaretur fructibus ob non factam professionem, agenti incumberet onus probandi negatiuam, secus, si Superior ex officio vellet videre professionem.

An Canonici, qui nondum fecerunt professionem, possint haberi pro presentibus de licentia Cap. n. 48. & resoluitur negatiue, n. 49. ubi adducitur declaratio S. Congregationis.

Canonici, qui non fecerunt professionem, non possunt haberi pro presentibus, nec fructus percipere, etiam si pro negotiis Capituli sint absentes, aut in officiis Sancti. Inquisitionis, numero 50. ubi adducitur alia declaratio.

An Ordinarius possit condonare fructus amissos ob non factam professionem? num. 51. cum segg. resoluitur non posse, sed recurrendum ad Papam, seu Pœnitentiarium.

Ad capiendum possessionem non solet arceri, an sit facta professio Fidei, maxime in absentibus, n. 54.

An ob non factam professionem amittantur etiam distributiones quotidianæ? numero 56. cum segg. resoluitur negatiue, amittitur tamen grossa Præbenda, etiam si residendo, & interessendo lucrifiat, n. 59. & etiam distributiones, quando omnes fructus in eis consistunt, numero 60.

De fructibus Præbendæ, aut Parochialis non est aliquod detrahendum pro seruitio præstato, sed omnes debent restitui, non facta professione, n. 61.

An qui non faciunt professionem Fidei, peccent mortaliter?